I N exitu isrl̄ de egypto: domus iacob de populo barbaro. F acta ē iudea sanctificatio eius: israel potestas eius. M are vidit ⁊ fugit: iordanis conuersus est retrorsum. M ōtes exultauerūt vt arietes: ⁊ colles sicut agni ouiū. Q uid est tibi mare q̄ fugisti: ⁊ tu iordanis qꝛ ꝯuersus es retrorsū. M ōtes exultastis sicut arietes: ⁊ colles sicut agni ouium. A facie dñi mota ē terra: a facie dei iacob. Q ui ꝯuertit petrā i stagna aq̄rū: ⁊ rupē i fōtes aq̄rū. N ō nobis dñe non nobis: sꝫ noi tuo da gloriā. S up mīa tua ⁊ veritate tua: neq̄n dicāt gētes: vbi est de⁹ eoꝝ. D e⁹ aūt noster i celo: oīa q̄cūqꝫ voluit fecit. S imulachra gētiū argētuz ⁊ auꝝ: opa manuū hoīum. O s hñt ⁊ nō loquent: oculos hñt ⁊ nō videbūt. A ures hñt ⁊ non audiēt: nares hñt ⁊ nō odorabūt. M an⁹ hñt ⁊ nō palpabunt: pedes hñt ⁊ nō ambulabūt: nō clamabūt in gutture suo. S iles illis fiāt qui faciūt ea: ⁊ oēs q̄ ꝯfidūt i eis. D om⁹ isrl̄ spauit in dño: adiutor eoꝝ ⁊ ꝓtector eoꝝ ē. D om⁹ aaron spauit in dño: adiutor eoꝝ ⁊ ꝓtector eoꝝ est. Q ui timēt dñm spauerunt in dño: adiutor eoꝝ ⁊ ꝓtector eoꝛuꝫ est. D ñs memor fuit nostri: ⁊ bñdixit nobis. B enedixit domui isrl̄: benedixit domui aaron. B ñdixit oībus qui timēt dñz: pusillis cū maiorib⁹. A dijciat dñs sup vos: sup vos ⁊ sup filios vestros. B ñdicti vos a dño: q̄ fecit celū ⁊ terrā. C eluꝫ celi domino: terrā aūt dedit filijs hoīum. N ō mortui lauda-


bunt te dñe: neq omnes qui descendunt in infernũ. Sed nos qui viuimus benedicimus dño: ex hoc nũc ꝛ vsq in seculum. Añ. Nos qui viuimus benedicim⁹ dño. Ps dauid.

Dilexi qm̃ exaudiet dominus: vocẽ oratiõis mee. Quia inclinauit aurez suam mihi: ꝛ in diebus meis inuocabo. Circũdederunt me dolores mortis: pericula iferni iuenerũt me. Tribulationẽ ꝛ dolorẽ iueni: ꝛ nomẽ dñi inuocaui. O dñe libera aiam meã: misericors dñs ꝛ iustus: ꝛ deus noster miseretur. Custodiens paruulos dñs: humiliatus sum ꝛ liberauit me. Cõuertere anima mea in requiẽ tuã: qꝛ dñs bñ fecit tibi. Quia eripuit aiam meam de morte: oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu. Placebo dño: i regione viuorũ. Añ. Inclinauit dñs aurem suam mihi. Ps dd.

Credidi ꝑpter qd loquutus sum: ego autẽ humiliat⁹ sum nimis. Ego dixi in excessu meo: ois homo mẽdax. Quid retribuã dño: pro oibus que retribuit mihi. Calicẽ salutaris accipiã: ꝛ nomẽ dñi inuocabo. Uota mea dño reddã corã oi populo eius: ꝑciosa in cõspectu dñi mors sanctorum eius. O dñe quia ego seruus tuus: ego seruus tuus ꝛ fili⁹ ancille tue. Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiã laudis: ꝛ nomẽ dñi inuocabo. Uota mea dño reddã in ꝯspectu ois ppli ei⁹: in atrijs domus dñi in medio tui hierusalẽ. Psal's dauid.

Laudate dñm oẽs gentes: laudate eũ oẽs populi. Qm̃ cõfirmata est sup nos mĩcordia eius: ꝛ veritas dñi manet in eternũ. Añ. Laudate dñm oẽs gentes. Ps dd.

Confitemini dño quoniã bonus: qm̃ in seculum misericordia eius. Dicat nũc israel quoniaz bon⁹: qm̃ in seculum misericordia eius. Dicat nũc domus aaron: qm̃ in seculuz misericordia eius. Dicãt nunc qui timent dñm: qm̃ in seculum misericordia eius. De tribulatione inuocaui dñm: ꝛ exaudiuit me in latitudie domin⁹. Dñs mihi adiutor: nõ timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor: ꝛ



ego despiciam inimicos me-
os. Bonū est ꝯfidere i dño:
ꝙ cōfidere in hoie. Bonum
est spare in dño: ꝙ sperare in
principibus. Oēs gētes cir
cuierūt me: ⁊ in nomine dñi
qʒ vltus sum in eos. Circū-
dātes circūdederūt me: ⁊ in
nomine dñi qʒ vltus sum in
eos. Circūdederunt me sic
apes: ⁊ exarserūt sicut ignis
in spinis ⁊ in noie dñi qʒ vl-
tus sum in eos. Impulsus
euersus suz vt caderē: ⁊ dñs
suscepit me. Fortitudo mea
⁊ laus mea dominus: ⁊ fa-
ctus est mihi in salutē. Vox
exultationis ⁊ salutis: in ta-
bernaculis iustoꝝ. Dextera
dñi fecit virtutem: dextera
dñi exaltauit me: dextera do
mini fecit virtutez. Nō mo-
riar sed viuā: ⁊ narrabo opa
dñi. Castigās castigauit me
dominus: ⁊ morti non tradi
dit me. Aperite mihi por-
tas iustitie: ⁊ igressus in eas
cōfitebor dño: hec porta dñi
iusti intrabūt in eā. Cōfite-
bor tibi qm̄ exaudisti me: ⁊
factus es mihi in salutem.
Lapidē quē reprobauerūt
edificantes: hic factus est in
caput anguli. A dño factū
est istud: ⁊ est mirabile i ocu-
lis nostris. Hec ē dies quā
fecit dñs: exultemus ⁊ lete-
mur in ea. O dñe saluū me
fac o dñe bñ ꝓspare: bñdict⁹
qui venit in noie dñi. Bene
diximꝰ vobis de domo dñi:
deus dñs ⁊ illuxit nobis.
Constituite diē solenē in con
densis: vsqʒ ad cornu altar̄.
Deus meus es tu ⁊ confite-
bor tibi: deus meus es tu ⁊
exaltabo te. Cōfitebor tibi
quoniā exaudisti me: ⁊ fact⁹
es mihi in salutē. Cōfitemi
ni dño qm̄ bonꝰ: qm̄ in sclm̄
misericordia eius. Aleph.
Beati imaculati i via: q̄
ambulant in lege dñi:
Beati qui scrutant testimo-
nia eius: in toto corde exq̄-
rūt eū. Nō eim q̄ opant ini
quitatē: in vijs eius ambula
uerūt. Tu mādasti: mādata
tua custodiri nimis. Utinā
dirigant vie mee: ad custodi
endas iustificationes tuas.
Tūc nō cōfundar: cū ꝓspe-
xero in oibus mādatis tuis.
Cōfitebor tibi in directiōe
cordis: in eo quod didici iu-
dicia iusticie tue. Iustifica-
tiōes tuas custodiā: non me
derelinq̄s vsqueq̄q̄. Beth.

IN quo corrigit adoleſcētior viā ſuā: in cuſtodiēdo ſmones tuos. In toto corde meo exq̄ſiui te: ne repellas me a mandatis tuis. In corde meo abſcōdi eloquia tua: vt non peccem tibi. Bñdictus es dñe: doce me iuſtificationes tuas. In labijs meis: pnūciaui oīa iudicia oris tui. In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum: ſicut in omnibus diuitiis. In mandatis tuis exercebor: ⁊ conſiderabo vias tuas. In iuſtificationibus tuis meditabor: non obliuiſcar ſermones tuos. Gimel.

Retribue ſeruo tuo: viuifica me ⁊ cuſtodiam ſmones tuos. Reuela oculos meos: ⁊ cōſiderabo mirabilia de lege tua. Incola ego ſū in terra: nō abſcōdas a me mādata tua. Concupiuit aīa mea deſiderare iuſtificatiōes tuas: in oī tpe. Increpaſti ſupbos: maledicti q̄ declinant a mandatis tuis. Aufer a me opprobriū ⁊ cōtēptū: q2 teſtimonia tua exq̄ſiui. Etenim ſederūt principes: ⁊ aduerſum me loquebant: ſeruus aūt tuus exercebat in iuſtificationib⁹ tuis. Nā ⁊ teſtimonia tua meditatio mea eſt: ⁊ cōſilium meū iuſtificationes tue. Deleth.

Adheſit pauimēto aīa mea: viuifica me ſm verbum tuum. Vias meas enūciaui ⁊ exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas. Viā iuſtificationū tuarū inſtrue me: ⁊ exercebor i mirabilib⁹ tuis. Dormitauit aīa mea pre tedio: ꝯfirma me in verbis tuis. Viā iniquitatis amoue a me: ⁊ lege tua miſerere mei. Viam veritatis elegi: iudicia tua nō ſum oblit⁹. Adheſi teſtimonijs tuis dñe: noli me cōfundere. Viā mādatoꝝ tuorū cucurri: cū dilataſti cor meuȝ. He.

Legem pone mihi dñe: viā iuſtificationū tuarū: ⁊ exquiraȝ eā ſemp. Da mihi itellectū ⁊ ſcrutabor legē tuā: ⁊ cuſtodiā illā in toto corde meo. Deduc me in ſemitā mādatoꝝ tuoꝝ: q2 ipſaȝ volui. Inclina cor meū i teſtimonia tua: ⁊ nō i auariciā. Auerte ocl'os meos ne videat vāitatē: i via tua viuifica me. Statue ſuo tuo eloqū tuū: i tiore tuo. Amputa

opprobriũ meũ qđ suspica-
tus sũ: q2 iudicia tua iocũda.
Ecce ꝯcupiui mãdata tua: i
eqtate tua viuifica me. Uau.
ET veniat super me mi
sericordia tua dñe: sa-
lutare tuuz ꝑm eloquiũ tuũ.
Et respõdebo exprobranti
bus mihi verbũ: q2 spaui in
sermonibus tuis. Et ne au-
feras de ore meo verbũ vita
tis vsquequaqz: q2 i iudicijs
tuis supspaui. Et custodiaz
legem tuam semp: in seculuz
⁊ in seculũ seculi. Et ambu-
labã in latitudine: q2 manda
ta tua exquisiui. Et loque-
bar de testimonijs tuis in cõ
spectu regũ: ⁊ non confunde
bar. Et meditabar i mãda-
tis tuis: que dilexi. Et leua
ui manus meas ad mãdata
tua que dilexi: ⁊ exercebor
in iustificationibus tuis. zai.
MEmor esto verbi tui
seruo tuo: in quo mi
hi spem dedisti. Hec me con
solata est i humilitate mea:
q2 eloquium tuũ viuificauit
me. Supbi inique agebant
vsqzquaqz: a lege aũt tua nõ
declinaui. Memor fui iudi-
ciorꝫ tuorꝫ a sc̄lo dñe: ⁊ con-
solatus suz. Defectio tenuit

me: pro pctõrib9 derelinquẽ
tibus legẽ tuã. Cantabiles
mihi erãt iustificationes tue:
in loco peregrinatiõis mee.
Memor fui nocte nõis tui
dñe: ⁊ custodiui legem tuaz.
Hec facta est mihi: q2 iustifi
catiões tuas exq̃siui. Heth.
POrtio mea dñe: dixi
custodire legẽ tuam.
Depcat9 suz faciẽ tuã in toto
corde meo: miserere mei ꝑm
eloquiũ tuum. Cogitaui vi
as meas: ⁊ ꝯuerti pedes me
os in testimonia tua. Para
tus sum ⁊ nõ sum turbatus:
vt custodiam mandata tua.
Funes peccatorꝫ circũple-
xi sũt me: ⁊ legẽ tuã nõ sũ ob
lit9. Media nocte surgebaz
ad cõfitendũ tibi: sup iudicia
iustificatiõis tue. Particeps
ego sum omnium timentium
te: ⁊ custodiẽtium mandata
tua. Misericordia tua do-
mine plena est terra: iustifi-
catiões tuas doce me. Teth.
BOnitatẽ fecisti cũ ꝯuo
tuo dñe: ꝑm verbum
tuum. Bonitatẽ ⁊ discipli-
nã ⁊ sciẽtiã doce me: q2 man-
datis tuis credidi. Priusq̃
humiliarer ego deliqui: pro
pterea eloquiũ tuũ custodi-

ui. Bonus es tu: ⁊ in boni-
tate tua doce me iustificatio-
nes tuas. Multiplicata est
sup me iniquitas supborum:
ego aūt in toto corde scruta-
bor mādata tua. Coagula
tū est sicut lac cor eorū: ego
v̄o legē tuā meditatus sum.
Bonū mihi q2 hūiliasti me:
vt discā iustificationes tuas.
Bonū mihi lex oris tui: sup
milia auri ⁊ argenti. Ioth.
Manus tue fecerūt me
⁊ plasmauerunt me:
da mihi intellectū vt discam
mādata tua. Qui timēt te vi
debūt me ⁊ letabunt: q2 in v̄
bo tuo supspaui. Cognoui
dñe q2 eq̄tas iudicia tua: ⁊ in
v̄itate tua hūiliasti me. Fi-
at misericordia tua vt ꝯsolet
me: s̄m eloquiū tuū s̄uo tuo.
Veniāt mihi miserationes
tue ⁊ viuā: q2 lex tua medita
tio mea ē. Cōfūdāt supbi:
q2 iniuste iniq̄tatē fecerūt in
me: ego aūt exercebor i mā-
datis tuis. Cōuertant mi-
hi timētes te: ⁊ qui nouerunt
testimōia tua. Fiat cor me-
um īmaculatū in iustificatiōi
bꝰ tuis: vt nō ꝯfūdar. Caph.
Defecit in salutare tuū
aīa mea: ⁊ in v̄bū tuū
supsperaui. Defecerūt oculi
mei in eloquium tuum: dicen
tes quādo consolaberis me.
Quia factus sum sicut vter in
pruina: iustificationes tuas
nō sum oblitus. Quot sunt
dies serui tui: qñ facies de p-
sequētibꝰ me iudiciū. Nar-
rauerūt mihi iniqui fabula-
tiones: sed non vt lex tua.
Oīa mandata tua veritas:
iniqui psequuti sunt me adiu
ua me. Paulominꝰ ꝯsūma-
uerūt me in terra: ego autem
nō dereliq̄ mādata tua. Se-
cundum misericordiam tuā
viuifica me: ⁊ custodiam te-
stimonia oris tui. Lamech.
In eternum dñe: v̄bum
tuū pmanet i celo. In
generatiōe ⁊ generationē ve
ritas tua: fundasti terram ⁊
pmanet. Ordinatiōe tua p-
seuerat dies: qm̄ oīa seruiūt
tibi. Nisi ꝙ lex tua medita-
tio mea est: tunc forte perissē
in humilitate mea. In eter-
nū nō obliuiscar iustificatio-
nes tuas: q2 in ipsis viuifica
sti me. Tuus sum ego saluū
me fac: quoniā iustificatiōes
tuas exquisiui. Me expecta
uerunt peccatores vt perde-
rent me: testimonia tua in-

tellexi. O mnis consumma-
tionis vidi finem: latum mā-
datum tuum nimis. Mem.

Q Uomodo dilexi legē
tuā dñe: tota die medi
tatio mea est. S uper inimi-
cos meos prudētem me feci-
sti mādato tuo: qꝛ in eternuz
mihi est. S uper oēs docen-
tes me ītellexi: quia testimo-
nia tua meditatio mea est.
S uper senes ītellexi: qꝛ mā-
data tua quesiui. A b oī via
mala ꝓhibui pedes meos:
vt custodiā verba tua. A iu
dicijs tuis non declinaui: qꝛ
tu legē posuisti mihi. Q uam
dulcia faucib⁹ meis eloquia
tua: sup mel ori meo. A mā
datis tuis intellexi: ꝓpterea
odiui oēm viam iniquitatis.

L Ucerna pedi- Nun.
bus meis vbū tuum: ⁊
lumē semitis meis. I uraui
⁊ statui: custodire iudicia iu-
stitie tue. H umiliatus sum
vsquequaqꝫ dñe: viuifica me
ſm verbuz tuū. V olūtaria
oris mei beneplacita fac do-
mine: ⁊ iudicia tua doce me.
A nima mea i manib⁹ meis
semp: ⁊ legē tuā nō sum obli-
tus. P osuerunt peccatores
laqueū mihi: ⁊ de mandatis
tuis non erraui. H ereditate
acq̄siui testimonia tua in eter
num: quia exultatio cordis
mei sunt. I nclinaui cor me-
um ad faciendas iustificatio
nes tuas in eternuz: propter
retributionem. Samech.

I Niquos odio habui:
⁊ legē tuā dilexi. A d-
iutor ⁊ susceptor me⁹ es tu: ⁊
ī vbū tuū sup spaui. D eclina
te a me maligni: ⁊ scrutabor
mandata dei mei. S uscipe
me ſm eloquiuz tuū ⁊ viuā:
⁊ non cōfundas me ab expe
ctatione mea. A diuua me ⁊
saluus ero: ⁊ meditabor in
iustificationibus tuis semp.
S preuisti oēs discedētes a
iusticijs tuis: qꝛ iniusta cogi-
tatio eorum. P reuaricātes
reputaui oēs peccatores ter
re: ideo dilexi testimōia tua.
C ōfige tīore tuo carnes me
as: a iudicijs eniz tuis timui.

F Eci iudiciū ⁊ iu- Ayn.
stitiā: non tradas me
calūniantibus me. S uscipe
seruū tuū in bonū: nō calū-
nient me superbi. O culi mei
defecerūt i salutare tuū: ⁊ in
eloquiū iustitie tue. F ac cū
seruo tuo ſm misericordiaz
tuā: ⁊ iustificatiōes tuas do-

ce me. Seru' tu' sum ego: da mihi intellectũ vt sciam testimonia tua. Tempus faciendi dñe: dissipauerũt legẽ tuã. Ideo dilexi mandata tua: super aurum ꝛ topazion. Propterea ad oĩa mãdata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui. Phe.

Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea aĩa mea. Declaratio sermonũ tuoꝝ illuminat: ꝛ intellectũ dat puulis. Os meum apui ꝛ attraxi spũm: q̃a mandata tua desiderabam. Aspice i me ꝛ miserere mei: ꝑm iudiciũ diligẽtiũ nomẽ tuũ. Gressus meos dirige ꝑz eloquiũ tuũ: ꝛ non dñet mei oĩs iniustitia. Redime me a calũnijs hoĩum: vt custodiaz mãdata tua. Faciẽ tuã illumina super seruum tuum: ꝛ doce me iustificatiões tuas. Exitus aquarum deduxerũt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam. Sade.

Iustus es dñe: ꝛ rectuz iudiciũ tuũ. Mandasti iustitiam testimõia tua ꝛ veritatem tuã nimis. Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei. Ignitum eloquium tuum vehementer: ꝛ seruus tuus dilexit illud. Adolescẽtulus sum ego ꝛ cõtemptus: iustificationes tuas nõ sum oblitus. Iustitia tua iustitia in eternuz: ꝛ lex tua veritas. Tribulatio ꝛ angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est. Equitas testimonia tua in eternũ: itellectũ da mihi ꝛ viuam. Caph

Clamaui i toto corde exaudi me dñe: iustificationes tuas reqrã. Clamaui ad te saluum me fac: vt custodiã mãdata tua. Preueni in maturitate ꝛ clamaui: q2 in verba tua supersperaui. Preuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. Vocem meaz audi ꝑm misericordiam tuã dñe: ꝛ ꝑm iudicium tuũ viuifica me. Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: a lege autẽ tua longe facti sunt. Prope es tu dñe: ꝛ oẽs vie tue veritas. Initio cognoui de testimonijs tuis: q2 in eternũ fundasti ea. Sẽ.

Vide humilitatẽ meaz ꝛ eripe me: quia legez tuam nõ suz oblitus. Iudi-

ca iudicium meum ⁊ redime
me: ꝓpter eloquiū tuū viui-
fica me. Longe a peccatori
bus salus: qꝛ iustificationes
tuas nō exq̄sierūt. Miseri-
cordie tue multe dn̄e: ſm iu-
diciū tuū viuifica me. Mul-
ti, qui ꝑsequunt me ⁊ tribulāt
me: a testimonijs tuis nō de-
clinaui. Uidi ꝑuaricātes ⁊
tabescebā: qꝛ eloq̄a tua non
custodierūt. Uide qm̄ man
data tua dilexi dn̄e: in miseri
cordia tua viuifica me. Pri
cipiū vboꝝ tuoꝝ vitas in et
num oia iudicia iustitie tue.

Rincipes ꝑse- Res.
quuti sunt me gratis: ⁊
a vbis tuis formidauit cor
meū. Letabor ego sup elo-
quia tua: sicut qui inuenit spo-
lia mlta. Iniqtatē odio ha-
bui ⁊ abominat⁹ suꝫ: legē aūt
tuam dilexi. Septies in die
laudem dixi tibi: sup iudicia
iusticie tue. Pax multa dili
gētibus legē tuā: ⁊ nō ē illis
scādalum. Expectabā salu
tare tuū dn̄e: ⁊ mandata tua
dilexi. Custodiuit aīa mea
testimonia tua: ⁊ dilexit ea
vehemēter. Seruaui mād̄a
ta tua ⁊ testimonia tua: quia
oēs vie mee in cōspectu tuo.

Ppropiquet Thau.
deꝓcatio mea i cōspe-
ctu tuo dn̄e: iuxta eloquium
tuū da mihi intellectū. In-
tret postulatio mea in cōspe-
ctu tuo: ſꝫ eloquiū tuū eripe
me. Eructabunt labia mea
hymnū: cū docueris me iusti
ficationes tuas. Pronūcia-
bit lingua mea eloquiū tuū:
qꝛ oia mādata tua equitas.
Fiat man⁹ tua vt saluet me:
qm̄ mādata tua elegi. Con
cupiui salutare tuum dn̄e: ⁊
lex tua meditatio mea est.
Uiuet aīa mea ⁊ laudabit
te: ⁊ iudicia tua adiuuabunt
me. Erraui sicut ouis q̄ pe-
rijt: q̄re ſuū tuuꝫ qꝛ mādata
tua nō suꝫ oblit⁹. Cant. gra.

D dn̄m cū tribularer
clamaui: ⁊ exaudiuit
me. Dn̄e libera aīam meaꝫ
a labijs iniq̄s: ⁊ a lingua do
losa. Quid det tibi aut q̄d
apponat tibi ad linguaꝫ do-
losaꝫ. Sagitte potētis acu-
te: cuꝫ carbonibus desolato
rijs. Heu mihi qꝛ incolatus
meus ꝓlōgatus est: habita-
ui cum habitantibus cedar:
multum incola fuit aīa mea.
Cum his qui oderūt paceꝫ
eraꝫ pacificus: cū loquebar

illis impugnabāt me gratis.
Leuaui ocu Cant. gra. los meos in montes: vnde veniet auxilium mihi. Auxiliū meū a dño: q̄ fecit celū ꝛ terrā. Non det in cō motionē pedē tuū: neqꝫ dor- mitet qui custodit te. Ecce nō dormitabit neqꝫ dormiet qui custodit israel. Dñs cu stodit te: dñs ꝓtectio tua su- per manum dexteram tuaꝫ. Per diem sol non vret te: ne qꝫ luna per noctem. Domi- nus custodit te ab omni ma lo: custodiat animam tuam dominus. Dominus custo diat introitum tuum ꝛ exitū tuum: ex hoc nunc ꝛ vsqꝫ in seculum. Canticum gra.
Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in do- mum dñi ibimus. Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis hierusalem Hierusalē que edificatur vt ciuitas: cu- ius participatio eius in id- ipsum. Illuc enim ascende runt tribus tribus dñi testi- moniū israel: ad cōfitēdum nomini dñi. Quia illic sede rūt sedes in iudicio: sedes su per domū dauid. Rogate que ad pacem sunt hierusa- lem: ꝛ abūdātia diligentib⁹ te. Fiat pax in virtute tua: ꝛ abundantia in turribus tu is. Propter fratres meos ꝛ ꝓximos meos: loquebar pacem de te. Propter do- mum domini dei nostri: que siui bona tibi. Canticū gra.
Ad te leuaui oc̄los me os: qui habitas in ce- lis. Ecce sicut oculi seruoꝝ in manib⁹ dñoꝝ suoꝝ. Si- cut oculi ancille in manibus dñe sue: ita oc̄li nostri ad dñꝫ deū nostrū doec misereať no- stri. Miserere nostri dñe mi serere nostri: qꝛ multū reple- ti sumus despectione. Quia multū repleta est aīa nostra: opprobriū abūdātib⁹ ꝛ de- spectio supbis. Canticū gra.
Nisi qꝛ dñs erat in no- bis dicat nūc israel. ni si qꝛ dñs erat in nobis. Cū exurgerēt hoīes in nos: for- te viuos deglutissent nos. Cū irasceret furor eoꝝ in nos: forsitā aq̄ absorbuisset nos. Torrētē ꝑtransiuit aīa nostra: forsitā ꝑtrāsisset aīa nostra aquā intollerabileꝫ. Bñdictus dñs: qui non de- dit nos in captionē dētibus eorꝫ. Anima nostra sicut

passer erepta est de laqueo venãtiũ: laqueus cõtritꝰ est: ⁊ nos liberati sumus. A d-iutoriũ nostrũ in noīe dñi: q̄ fecit celũ ⁊ terã. Canticũ gra.

Q Ui ꝯfidũt in dño sicut mons syon: nõ cõmouebit in eternum qui habitat in hierusalē. M ontes in circuitu eiꝰ: ⁊ dñs in circuitu populi sui: ex hoc nũc ⁊ vsq̄ in seculũ. Q uia non relinquet virgã peccatoꝝ sup sorte iustoꝝ: vt nõ extēdant iusti ad iniquitatē manus suas. B enefac dñe: bonis ⁊ rectis corde. D eclinãtes autem in obligationes adducet dominꝰ cuꝫ operantibus iniquitatē: pax super israel. Cãticũ gra.

I N cõuertendo dñs captiuitatē syon: facti sumus sicut cõsolati. T unc repletũ est gaudio os nostruꝫ: ⁊ lingua nostra exultatione. Tũc dicēt inter gentes: magnificauit dñs facere cũ eis. M agnificauit dñs facē nobiscum: facti sumus letãtes. C õuerte dñe captiuitatem nostrã: sicut torrēs i austro. Q ui seminãt i lachrymis: in exultatione metēt. E untes ibãt ⁊ flebãt: mittentes semina sua. V enientes aũt venient cũ exultatione: portãtes manipulos suos. Can. gra.

N Isi dñs edificauerit domũ: in vanũ laborauerunt qui edificant eam. N isi dñs custodierit ciuitateꝫ: frustra vigilat q̄ custodit eã. V anũ est vobis añ lucē surgere: surgite postq̄ sederitis q̄ mãducatis panē doloris. C uꝫ dederit dilectis suis somnũ ecce hereditas domini: filiĳ merces fructus ventris. S icut sagitte in manu potētis: ita filiĳ excussorum. B eatus vir qui ipleuit desideriũ suum ex ipsis: nõ ꝯfundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Canticum gra.

B Eati oēs qui timēt dominũ: qui ambulãt in viĳs eiꝰ. L abores manuuꝫ tuarũ q̄r manducabis: btũs es ⁊ bñ tibi erit. V xor tua sicut vitis abũdãs: in lateribus domꝰ tue. F iliĳ tui sicut nouelle oliuaruꝫ: in circuitu mense tue. E cce sic benedicetur homo qui timet dominũ. B enedicat tibi dñs ex syõ: ⁊ videas bona hierusalē oībus diebus vite tue. E t videas filios filioꝝ tuoꝝ: pa-

cem sup israel. Canticũ gra.

S Epe expugnauerunt me a iuuẽtute mea: dicat nunc israel. S epe expugnauerũt me a iuuẽtute mea: eteim nõ potuerũt mihi. S upra dorsum meũ fabricauerũt peccatores: plõgauerũt iniquitatẽ suã. D ñs iustus concidet ceruices peccatorum: cõfundantur ꝛ cõuertant retrorsum oẽs qui oderũt syõ. F iant sicut fenum tectorum: qđ priusq̃ euellatur exaruit. D e quo nõ implebit manũ suam qui metet: ꝛ sinũ suũ q̃ manipulos colliget. E t nõ dixerũt qui ꝑteribãt benedictio dñi super vos: benediximus vobis in nomine domini. Añ. Benediximus vobis in nomine domini. Cãticũ gra.

D Eprofundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meã. F iant aures tue intẽdẽtes: in vocẽ deꝑcatiõis mee. S i iniq̃tates obseruaueris dñe: dñe q̃s sustinebit. Q uia apud te ꝓpiciatio est: ꝛ ꝓpter legem tuam sustinui te dñe. S ustinuit aĩa mea in verbo eius: spauit aĩa mea ĩ dño. A custodia matutina vsq; ad noctem: spet israel in dño. Q uia apud dñm misericordia: ꝛ copiosa apud eũ redẽptio. E t ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Añ. De profundis clamaui ad te dñe. Canticum gra.

D Omine non est exaltatũ cor meũ: neq; elati sunt oculi mei. N eq; ambulaui in magnis: neq; in mirabilibus super me. S i nõ humiliter sentiebã: sed exaltaui aĩam meã. S icut ablactat⁹ sup matrẽ suã: ita retributio in aĩa mea. S pet isrl̃ in dño: ex hoc nunc ꝛ vsq; in seculũ. Añ. Spet isrl̃ in dño. Can. gra.

M Emento dñe dauid: ꝛ oĩs mãsuetudinis eius. S icut iurauit dño: votum vouit deo iacob. S i introiero in tabernaculum domus mee: si ascendero in lectum strati mei. S i dedero somnum oculis meis: ꝛ palpebris meis dormitationẽ. E t requiẽ tẽporibus meis: donec inueniã locum dño: tabernaculũ deo iacob. E cce audiuim⁹ eũ in effrata: inuenimus eũ in cãpis silue. I ntroibim⁹ in tabernaculũ ei⁹: adorabim⁹ in loco vbi steterũt pedes ei⁹. S urge dñe in

requiē tuam: tu ⁊ archa san-
ctificatiōis tue. Sacerdotes
tui induant iustitiā: ⁊ sancti
tui exultēt. Propter dauid
seruū tuū: nō auertas faciē
xp̄i tui. Iurauit dn̄s dauid
ṽitatē ⁊ nō frustrabit eū: de
fructu vētris tui ponā super
sedē tuā. Si custodierit filij
tui testamētū meū: ⁊ testimo-
nia mea hec q̄ docebo eos.
Et filij eoꝝ vsq₃ in sclm: se-
debūt sup sedē tuā. Qm̄ ele
git dn̄s syō: elegit eā in habi
tationē sibi. Hec reqes mea
in sclm scli: hic habitabo qm̄
elegi eā. Viduā ei⁹ benedi-
cēs bn̄dicā: paupes eius sa-
turabo panibus. Sacerdo
tes eius iduā salutari: ⁊ san-
cti ei⁹ exultatiōe exultabunt.
Illuc pducā cornu dauid:
paraui lucernā christo meo.
Inimicos ei⁹ induā ꝯfusio-
ne: super ipsum autem efflo-
rebit sanctificatio mea. Añ.
Et oīs mãsuetudīs ei⁹. Cāt. gra.

Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocū-
dū: hītare frēs in vnū.
Sicut vnguētū in capite: q̄d
descēdit in barbam barbam
aaron. Quod descendit in
horā vestimēti ei⁹: sicut ros
hermon q̄ descēdit in mōtem
syon. Qm̄ illic mādauit do
minus benedictionē ⁊ vitā:
vsq₃ in seculum. Añ. Habita-
re fratres in vnum. Cātica gra.

Ecce nūc bn̄dicite dn̄z:
oēs serui dn̄i. Qui sta
tis in domo dn̄i: in atrijs do
mus dei nostri. In noctib⁹
extollite manus vestras in
sancta: ⁊ benedicite dominū.
Benedicat te dn̄s ex syon:
qui fecit celū ⁊ terrā. ps dd.

Laudate nomen domi-
ni: laudate serui dn̄m.
Qui statis in domo domi-
ni: in atrijs dom⁹ dei nostri.
Laudate dn̄z qz bonus do
minus: psallite nomini eius
qm̄ suaue. Qm̄ iacob elegit
sibi dn̄s: israel in possessio-
nem sibi. Quia ego cogno-
ui q̄ magnus est dn̄s: ⁊ deus
noster pre oībus dijs. Om
nia quecūq₃ voluit domin⁹
fecit in celo ⁊ in terra: in ma-
ri ⁊ in oībus abyssis. Edu-
cēs nubes ab extremo terre:
fulgura in pluuiā fecit. Qui
pducit ventos de thesauris
suis: qui pcussit primogeni-
ta egypti ab homine vsq₃ ad
pecus. Et misit signa ⁊ pdi-
gia i medio tui egypte: i pha-
raonē ⁊ in oēs seruos eius.

Qui pcussit gētes multas: ⁊ occidit reges fortes. Seon regem amorreorū: ⁊ og regem basan: ⁊ oīa regna chanaan: Et dedit terrā eorum hereditatē: hereditatē israel populo suo. Dñe nomē tuū in eternū: dñe memoriale tuum in generatōe ⁊ generationē. Quia iudicabit dñs populum suum: ⁊ in seruis suis deprecabitur. Simulachra gētiū argētū ⁊ aurū: opa manuum hoīum. Os habēt ⁊ non loquent: oculos habēt ⁊ non videbūt. Aures hñt ⁊ non audiēt: neq; eim est spiritus in ore ipsoꝝ. Similes illis fiāt qui faciūt ea: ⁊ oēs qui ꝯfidūt in eis. Domus israel bñdicite dño: dom⁹ aaron bñdicite dño. Dom⁹ leui benedicite dño: qui timetis dñm benedicite domino. Benedictus dñs ex syon: q̄ hītat in hierusalem. Añ. Oia q̄cunq; voluit dñs fecit. ps dd.

Confitemini dño quoniā bonus: qm̄ in eternū misericordia eius. Cōfitemini deo deoꝝ: qm̄. Cōfitemini dño dñoꝝ. Qui facit mirabilia magna solus. Qui fecit celos in intellectu. Qui firmauit terram super aquas. Qui fecit luminaria magna. Solem in potestatē diei. Lunā ⁊ stellas in potestatem noctis. Qui percussit egyptum cum primogenitis eorum. Qui eduxit israel de medio eorum. In manu potēti ⁊ brachio excelso. Qui diuisit mare rubrum in diuisiones Et eduxit israel per medium eius. Et excussit pharaonem ⁊ virtutē eius in mari rubro. Qui traduxit populum suū per desertum. Qui pcussit reges magnos. Et occidit reges fortes. Seon regem amorreorum. Et og regem basan. Et dedit terram eorum hereditatem. Hereditatem israel seruo suo. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri. Et redemit nos ab inimicis nostris. Qui dat escam omni carni. Confitemini deo celi. Confitemini domino dominoꝝ: quoniā in eternū misericordia eius. Añ. Quoniam in eternum misericordia eius. Psalmus dauid.

Super flumina babylonis illic sedimus ⁊ fleuimus: dum recordaremur

tui syon. In salicib⁹ i medio eius: suspēdimus organa nostra. Quia illic interrogauerūt nos qui captiuos duxerunt nos: verba cantionum. Et q̄ abduxerūt nos: hymnum cātate nobis de cāticis syon. Quō cātabimus canticū dn̄i: in terra aliena. Si oblitus fuero tui hierusalē: obliuioni det dextera mea. Adhereat lingua mea faucibus meis: si nō meminero tui. Si nō ꝓposuero hierusalē: in principio leticie mee. Memor esto dn̄e filiorum edō: in die hierusalē. Qui dicūt exinanite: exinanite vsq; ad fūdamētū i ea. Filia babilonis misera: beat⁹ q̄ retribuet tibi retributionē tuam quā retribuisti nobis. Beatus qui tenebit: ⁊ allidet puulos suos ad petrā. Añ. Hymnū cātate nobis de cāticis syon. ps. dd.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: qm̄ audisti verba oris mei. In ꝯspectu angelorū psallā tibi: adorabo ad tēplum sanctum tuum ⁊ cōfitebor nomini tuo. Sup misericordia tua ⁊ veritate tua: qm̄ magnificasti sup omne nomē sanctum tuū. In quacūq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in aīa mea virtutē. Cōfiteant tibi dn̄e oēs reges terre: q2 audierūt omnia verba oris tui. Et cantēt in vijs dn̄i: qm̄ magna est glīa dn̄i. Qm̄ excelsus dn̄s ⁊ humilia respicit: ⁊ alta a longe cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: ⁊ sup iram inimicorū meorū extēdisti manum tuā ⁊ saluū me fecit dextera tua. Dn̄s retribuet pro me: dn̄e misericordia tua in seculum: opa manuū tuarum ne despicias. Añ. In cōspectu āgelorū psallā tibi deus me⁹. ps. dd.

Domine ꝓbasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionē meam ⁊ resurrectionē meā. Intellexisti cogitationes meas de lōge: semitā meam ⁊ funiculū meū inuestigasti. Et oēs vias meas ꝑuidisti: q2 nō est s̄mo in lingua mea. Ecce dn̄e tu cognouisti oīa nouissima ⁊ antiqua: tu formasti me ⁊ posuisti sup me manū tuā. Mirabilis facta est scientia tua ex me: cōfortata est ⁊ non potero ad eā. Quo ibo a spiritu

tuo: ꝛ quo a facie tua fugiaꝫ. Si ascendero in celū tu illic es: si descēdero ī īfernū ades. Si sumpsero pennas meas diluculo: ꝛ habitauero in extremis maris. Et enim illuc manus tua deducet me: ꝛ tenebit me dextera mea. Glia.

Et dixi forsitā tenebre ꝯculcabūt me: ꝛ nox illumiatio mea ī delitijs meis. Quia tenebre non obscurabunt̄ a te: ꝛ nox sicut dies illuminabit̄: sicut tenebre eius ita ꝛ lumē eiꝰ. Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris mee. Cōfitebor tibi qꝛ terribiliter magnificatus es: mirabilia opa tua ꝛ aīa mea cognoscet nimis. Nō est occultatū os meū a te qḋ fecisti ī occulto: ꝛ substātia mea in inferioribus terre. Imꝑfectum meū viderūt oculi tui: ꝛ in libro tuo oēs scribēt̄ dies formabunt̄ ꝛ nemo in eis. Mihi aūt nimis honorificati sūt amici tui: deus nimis ꝯfortatus est pricipatꝰ eoꝝ. Dinumerabo eos ꝛ sup arenā multiplicabūtur: exurrexi ꝛ adhuc sum tecū. Si occideris deus peccatores: viri sanguinum declinate a me. Quia dicitis in cogitatiōe: accipiēt in vanitate ciuitates suas. Nonne qui oderunt te dn̄e oderā: ꝛ sup inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderā illos: inimici facti sūt mihi. Proba me deus ꝛ scito cor meū: iterroga me ꝛ cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me ē: ꝛ deduc me ī via eterna. An̄. Dn̄e probasti me ꝛ cognouisti me.

Eripe me dn̄e ps dd. ab homine malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerūt iniquitates in corde: tota die constituebāt prelia. Acuerūt linguam suaꝫ sicut serpentes: venenuꝫ aspidum sub labijs eorum. Custodi me dn̄e de manu peccatoris: ꝛ ab hominibus iniqs eripe me. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi. Et funes extenderunt in laqueū: iuxta iter scādalum posuerunt mihi. Dixi dn̄o deus meus es tu: exaudi dn̄e vocem deprecationis mee. Domine dn̄e virtus salutis mee: obumbrasti super caput meuꝫ in die bel-

li. N ō tradas me dn̄e a de
siderio meo peccatori: cogi-
tauerūt cōtra me ne derelin-
quas me: ne forte exaltētur.
C aput circuitus eorum: la-
bor labiorū ipsorū operiet
eos. C adent super eos car
bones: in ignem deÿcies eos
in miserÿs nō subsistēt. V ir
linguosus non diriget in ter-
ra: virū iniustū mala capient
in interitu. C ognoui quia
faciet dn̄s iudicium inopis:
⁊ vindictā pauperū. V erū-
tamē iusti confitebunt̄ nomi
ni tuo: ⁊ habitabunt recti cū
vultu tuo. An̄. A viro iniquo li
bera me dn̄e. Psalmus dauid.

D Omine clamaui ad te
exaudi me: intende vo
ci mee cum clamauero ad te.
D irigatur oratio mea sicut
incēsum in ꝯspectu tuo: eleua
tio manuum mearū sacrifici
um vespertinum. P one do
mine custodiā ori meo: ⁊ ho-
stiū circūstātie labÿs meis.
N on declines cor meum in
v̄ba malicie: ad excusandas
excusationes in pctis. C um
hoibus operātibus iniqui-
tatem: ⁊ nō coicabo cum ele-
ctis eorū. C orripiet me iu
stus in misericordia ⁊ incre-
pabit me: oleum autem pec-
catoris nō impinguet caput
meum. Q uoniam adhuc ⁊
oratio mea in bn̄placitis eo
rū: absorti sunt iūcti petre iu-
dices eorum. A udiēt ver-
ba mea quoniā potuerūt: si-
cut crassitudo terre erupta ē
super terrā. D issipata sunt
ossa nostra secus infernum:
quia ad te domine dn̄e oculi
mei: in te speraui nō auferas
animā meam. C ustodi me
a laqueo quem statuerūt mi
hi: ⁊ a scandalis operantiū
iniquitatem. C adent in re-
tiaculo eius peccatores: sin-
gulariter sum ego, donec trā
seam. An̄. Domine clamaui ad
te exaudi me. Psalm⁹ dauid.

V Oce mea ad dominū
clamaui: voce mea ad
dominum deprecatus sum.
E ffundo in conspectu eius
orationē meam ⁊ tribulatio
nē meā ante ipsum ꝓnūcio.
I n deficiēdo ex me spiritū
meū: ⁊ tu cognouisti semitas
meas. I n via hac qua am-
bulabā: abscōderunt laque-
um mihi. C ōsiderabam ad
dexterā ⁊ videbā: ⁊ nō erat
qui cognosceret me. P eriÿt
fuga a me: ⁊ nō est qui requi-

rat aiam meam. Clamaui ad te domie: dixi tu es spes mea: portio mea in terra viuētium. Intēde ad depreca tionē meā: qz humiliat⁹ sum nimis. Libera me a persequētibus me: qz ɔfortati sūt super me. Educ de custodia aiaz meā ad ɔfitēdū noi tuo: me expectāt iusti donec retribuas mihi. Añ. Portio mea dñe sit i terra viuētium. ps dd.

Domine exaudi oratio nem meā: auribus pcipe obsecrationē meā: in veritate tua exaudi me i tua iustitia. Et non intres in iudicium cū seruo tuo: qz nō iustificabit in cōspectu tuo oīs viuens. Quia psequut⁹ est inimicus aiam meā: humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: ꝛ anxiatus est sup me spirit⁹ meus: i me turbatū est cor meum. Memor fui dierū antiquoꝝ: meditatus sum in oībus opib⁹ tuis: in factis manuum tuarum meditabor. Expandi manus meas ad te: aīa mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me dñe: defecit spūs meus. Ne auertas faciē tuā a me: ꝛ similis ero descēdentibus in lacū. Auditam fac mihi mane misericordiā tuam: qz in te speraui. Notā fac mihi viam in qua ambulē: qz ad te leuaui aiaz meā. Eripe me de inimicis meis dñe ad te confugi: doce me facere volūtatē tuā: qz deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā: ꝑpter nomē tuūz dñe viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione aiam meā: ꝛ in misericordia tua disperdes inimicos meos. Et pdes oēs qui tribulāt aiam meā: quoniā ego seruus tuus sum. ps dauid.

Benedictus dñs deus meus qui docet man⁹ meas ad prelium: ꝛ digitos meos ad bellū. Misericordia mea ꝛ refugiū meū: susceptor meus ꝛ liberator me⁹. Protector me⁹ ꝛ in ipso speraui: qui subdit populū meū sub me. Dñe qd est hō qz innotuisti ei: aut filius hois qz reputas eū. Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra pretereūt. Domine inclina celos tuos ꝛ descende: tange mōtes ꝛ fumi-

gabunt. F ulgura corusca-
tionē ꝛ dissipabis eos: emit-
te sagittas tuas ꝛ conturba-
bis eos. E mitte manuz tu
am de alto: eripe me ꝛ libera
me de aquis multis: ꝛ de ma
nu filioꝝ alienoꝝ. Q uorū
os loquutū ē vanitatē: ꝛ dex-
tera eoꝝ dxtā iniqtat. Gl'ia.
D Eus cāticū nouū can-
tabo tibi: in psalterio
decacordo psallā tibi. Q ui
das salutem regibus: qui re-
demisti dauid seruum tuum:
de gladio maligno eripe me.
E t erue me de manu filiorū
alienoꝝ: quoꝝ os loquutū
est vanitatē: ꝛ dextera eoruz
dextera iniquitatis. Q uoꝝ
filij sicut nouelle plātatiōes:
in iuuētute sua. F ilie eorum
cōposite: circūornate vt simi
litudo tēpli. P romptuaria
eorū plena: eructātia ex hoc
in illud. O ues eorum feto-
se abundantes in egressibus
suis: boues eorum crasse.
N on est ruina macerie ne-
q̄ transitus: neq̄ clamor in
plateis eorum. B eatum di
xerūt populum cui hec sunt:
beatus populus cuius dn̄s
deus eius. An̄. Benedictus dn̄s
deus meus. Psalmus dauid.

E Xaltabo te de' meus
rex: ꝛ benedicā nomini
tuo in seculum ꝛ in seculū se-
culi. P er singulos dies be-
nedicā tibi: ꝛ laudabo nomē
tuū in seculū ꝛ in seculū secu-
li. M agnus dn̄s ꝛ laudabi
lis nimis: ꝛ magnitudīs ei'
nō est finis. G eneratio ꝛ ge
neratio laudabit opera tua:
ꝛ potētiam tuā pnunciabūt.
M agnificētiam glorie san-
ctitatis tue loquētur: ꝛ mira
bilia tua narrabūt. E t vir-
tutē terribiliū tuorū dicent: ꝛ
magnitudinē tuā narrabūt.
M emoriā abūdātie suaui-
tatis tue eructabunt: ꝛ iusti-
cia tua exultabunt. M isera-
tor ꝛ misericors dn̄s: patiēs
ꝛ multum misericors. S ua-
uis dn̄s vniuersus: ꝛ misera
tiōes eius sup oīa opa eius.
An̄. In eternū ꝛ in scl'm scl'i Gl'ia
C Onfiteantur tibi dn̄e
oīa opa tua: ꝛ sancti
tui bn̄dicāt tibi. G loriā re-
gni tui dicent: ꝛ potētiam tuā
loquentur. V t notam faci-
ant filijs hominum potētiaz
tuā: ꝛ gloriā magnificentie re
gni tui. R egnū tuū regnum
oium seculorū: ꝛ dominatio
tua in omni generatiōe ꝛ ge-

nerationez. Fidelis dñs in oib⁹ verbis suis: ⁊ sanctus in oibus opib⁹ suis. Alleuat dñs oẽs qui corruũt: ⁊ erigit oẽs elisos. Oculi oĩuz in te sperãt dñe: ⁊ tu das escã illorũ in tpe oportuno. Aperis tu manũ tuã: ⁊ iples oẽ aĩal benedictiõe. Iustus dñs in oibus vijs suis: ⁊ sanctus in oibus opibus suis. Prope est dñs oib⁹ inuocãtibus eũ: oibus inuocãtibus eũ in veritate. Voluñtatẽ timẽtiuz se faciet: ⁊ deprecationem eorũ exaudiet: ⁊ saluos faciet eos. Custodit dñs oẽs diligentes se: ⁊ omnes peccatores disperdet. Laudationẽ domini loquetur os meuz: ⁊ benedicat omnis caro nomini sancto eius: in seculũ ⁊ in seculuz seculi. Añ. Custodit dominus omnes diligẽtes se. ps dd.

Lauda aĩa mea dñz: laudabo dñm in vita mea psallã deo meo q̃diu fuero. Nolite ɔfidere in pñcipib⁹: in filijs hominũ in q̃bus nõ est salus. Exibit spũs eius ⁊ reuertet᷑ in terram suam: in illa die pibũt oẽs cogitationes eorum. Beatus cuius de⁹ iacob adiutor eius spes eius in dño deo ipsius qui fecit celũ ⁊ terram: mare ⁊ oĩa que in eis sunt. Qui custodit veritatem in seculum: facit iudicium iniuriam patiẽtibus: dat escam esuriẽtibus. Dñs soluit cõpeditos: dñs illuminat cecos. Dñs erigit elisos: dñs diligit iustos. Dominus custodit aduenas: pupillum ⁊ viduã suscipiet: ⁊ vias peccatorũ disperdet. Regnabit dñs in secula deus tuus syon: in generatione ⁊ generationem. Añ. Laudabo deũ meũ in vita mea. Psalm⁹ dauid

Laudate dñm qm̃ bon⁹ est psalm⁹: deo nostro sit iocunda decoraq; laudatio. Edificans hierusalem dñs: dispsiones israelis congregabit. Qui sanat contritos corde: ⁊ alligat ɔtritiões eorꝝ. Qui numerat multitudinẽ stellarũ: ⁊ omnibus eis nomina vocat. Magn⁹ dñs noster ⁊ magna virt⁹ eius: ⁊ sapiẽtie eius nõ est numerus. Suscipiẽs mansuetos dñs: humiliãs autem peccatores vsq; ad terram. Precinite dño in cõfessiõe: psallite deo nostro in cythara. Qui opit celum nubibus: ⁊ parat terre

pluuiaz. Qui pducit in mõtibus fenũ: ⁊ herbã seruituti hominũ. Qui dat iumentis escã ipsoruz: ⁊ pullis coruorũ inuocãtibus eum. Non in fortitudine equi volũtatẽ habebit: neqꝫ in tibijs viri beneplacitũ erit ei. Beneplacitũ est dño sup timẽtes euz: ⁊ in eis qui sperãt super misericordia eius. Añ. Deo nostro iocunda sit laudatio. Psalm⁹ dd.

Lauda hierusalẽ dñm: lauda deũ tuum syon. Qm̃ cõfortauit seras portaruz tuarũ: benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacẽ: ⁊ adipe frumẽti saciat te. Qui emittit eloquiuz suũ terre: velociter currit sermo eius. Qui dat niuem sicut lanã: nebulã sicut cinerez spargit. Mittit cristallũ suã sicut bucellas: añ faciẽ frigoris eius qs sustinebit. Emittet verbũ suum ⁊ liquefaciet ea: flabit spũs eius ⁊ fluent aque. Qui annũciat verbũ suum iacob: iustitias ⁊ iudicia sua israel. Non fecit taliter omni nationi: ⁊ iudicia sua nõ manifestauit eis. Añ. Lauda hierl'z dñz. ps dd.

Laudate dñm de celis: laudate eũ i excelsis. Laudate eũ oẽs angeli ei⁹. Laudate eum oẽs virtutes eius. Laudate eũ sol ⁊ luna: laudate eum oẽs stelle ⁊ lumẽ. Laudate eum celi celoꝝ: ⁊ aque que sup celos sunt laudent nomen dñi. Quia ipse dixit ⁊ facta sunt: ipse mãdauit ⁊ creata sunt. Statuit ea in seculum ⁊ in seculũ seculi: preceptũ posuit ⁊ nõ preteribit. Laudate dñm de terra: dracones ⁊ omnes abyssi. Ignis grando nix glacies: spiritus pcellarũ: que faciũt verbum eius. Mõtes ⁊ omnes colles: ligna fructifera ⁊ omnes cedri. Bestie ⁊ vniuersa pecora: serpẽtes ⁊ volucres pẽnate. Reges terre ⁊ omnes populi: principes ⁊ omnes iudices terre. Iuuenes ⁊ virgines senes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius. Cõfessio eius super celum ⁊ terraz ⁊ exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius: filijs israel populo appropinquãti sibi. ps dauid.

Cantate dño canticuz nouũ: laus eius in ec-

clesia sanctorũ. Letet israel in eo qui fecit euz: ⁊ filie syon exultēt in rege suo. Laudēt nomē eius in choro: in tympano ⁊ psalterio psallant ei. Quia beneplacitũ est dño i populo suo: ⁊ exaltabit mansuetos in salutē. Exultabũt sancti in gloria: letabũtur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorũ: ⁊ gladij ancipites in manibus eorũ. Ad faciēdã vindictã in nationibus: increpationes ⁊ in populis. Ad alligãdos reges eorũ in cõpedib⁹: ⁊ nobiles eorũ i manicis ferreis. Ut faciant in eis iudiciũ cõscriptuz: gloria hec est oĩbus sanctis eius. Psalm⁹ dauid.

Laudate dñm in sanctis eius: laudate eũ in firmamēto virtutis eius. Laudate eũ in ṽtutibus eius: laudate eũ ſm multitudinē magnitudinis ei⁹. Laudate euz in sono tube: laudate eum in psalterio ⁊ cythara. Laudate eum in tympano ⁊ choro: laudate eũ in cordis ⁊ organo. Laudate eum in cymbalis bñ sonãtibus: laudate eum in cymbalis iubilatiõis oĩs spũs laudet dominum.

Dñicis dieb⁹ ⁊ in festo sancti michaelis archãgeli cantica.

Domine miserere nostri: te enim expectauimus esto brachiũ nostrũ in mane: ⁊ salus nostra in tpe tribulationis. A voce angeli fugerũt populi: ⁊ ab exaltatione tua dispse sunt gētes. Et cõgregabũt spolia vestra sicut colligit brucus: velut cũ fosse plene fuerit de eo. Magnificatus est dñs qm̃ habitauit in excelso: impleuit syon iudicio ⁊ iustitia: ⁊ erit fides in tēporibus suis. Diuitie salutis sapientia ⁊ scientia: timor dñi ipse thesaurus ei⁹. Ecce videntes clamabunt foris: angeli pacis amare flebunt. Dissipate sunt vie cessauit trãsiens per semitã: irritũ factum est pactuz: ꝓiecit ciuitates non reputauit homines. Luxit ⁊ elanguit terra: confusus est liban⁹ ⁊ obsorduit. Et factus est saron sicut desertum: ⁊ cõcussa est basan ⁊ carmelus. Nũc exurgã dicit dominus: nũc exaltabor ⁊ nunc sublimabor. Aliud.

Audite qui lõge estis q̃ fecerim dicit dñs: ⁊ cognoscite vicini fortitudinem

meam. Conterriti sunt in syon peccatores: possedit tremor hypocritas. Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante: aut quis habitabit ex vobis cũ ardorib⁹ sempiternis. Qui ambulat in iusticijs ꝛ loquit᷑ veritatẽ: qui ꝓijcit auariciã ex calumnia: ꝛ excutit manus suas ab omni munere. Qui obturat aures suas ne audiat sanguinẽ: ꝛ claudit oculos suos ne videat malũ. Iste in excelsis hītabit munimenta saxorum sublimitas eius: panis ei datus est: aque eius fideles sunt. Regẽ in decore suo videbunt oculi eius: cernent terram de longe: cor tuum meditabit᷑ timorem. Aliud.

Misere dñe plebi tue sup quã inuocatũ est nomẽ tuum: ꝛ israel quẽ coequasti primogenito tuo. Miserere ciuitati sanctificatiõis tue hierusalem: ciuitati requiei tue. Reple syon inenarrabilibus v̄tutibus eius: ꝛ gloria tua populũ tuum. Da testimoniũ q2 ab initio creature tue sunt: ꝛ suscita precationes quas loquuti sunt in nomine tuo ꝓphete priores. Da mercedẽ dñe sustinẽtibus te: vt prophete tui fideles inueniant᷑ ꝛ exaudi orationẽ seruoꝝ tuoꝝ. Secũdum benedictionem aaron da populo tuo: ꝛ dirige eos in viaꝫ iusticie. Vt sciant omnes qui habitãt terraꝫ: q2 tu es deus cõspector seculorũ. ¶ In natali domini ꝛ epiphanie ꝛ purificationis btẽ Marie cantica.

Populus qui ambulabat in tenebris: vidit lucẽ magnaꝫ. Habitãtibus in regiõe vmbre mortis: lux orta ẽ eis. Multiplicasti gẽtẽ: non magnificasti letitiam. Letabunt corã te sicut letatur i messe sicut exultãt victores capta preda qñ diuidũt spolia. Iugum enim oneris ei⁹: ꝛ virgã humeri eius ꝛ sceptrũ ei⁹ exactoris eius supasti: sicut in die madiã. Quia ois violẽta ꝑdatio cũ tumultu: ꝛ vestimẽtum mixtũ sanguine: erit in cõbustionẽ ꝛ cibus ignis. Paruulus enim natus est nobis: filius datus est nobis. Et factus est princípat⁹ sup humerũ eius: ꝛ vocabit᷑ nomen eius admirabilis cõsiliarius. Deus fortis pater futuri seculi⁹: princeps

pacis. Multiplicabit eius imperium: & pacis non erit finis. Super solium dauid & sup regnum eius sedebit: vt cōfirmet illud & corroboret i iudicio & iusticia. Amodo & vsq3 i sempitnū: zelus dn̄i exercituū faciet hoc. Aliud.

Letate hierusalē: & diē festū agite oēs qui diligitis eā. Gaudete gaudio oēs qui lugebatis sup eā: vt potemini a lacte & satiemini ab vberibus cōsolatiōis ei9. Et cum auulsi fueritis a lacte: epulemini ab itroitu glorie ei9. Quia hec dicit dominus: ecce ego declino i eos vt flumē pacis: & vt torrens in undās glorie gentiū. Pueri eorum in humeris portabūtur: & sup genua ꝯsolabunt. Queādmodū mater ꝯsolatur filios suos: ita & ego ꝯsolabor vos: & in hierusalē cōsolabimini. Et videbitis & gaudebitis & letabit cor vestrum: & ossa vestra vt herba germinabūt & cōminabit cōtumacib9. Ecce dominus vt ignis veniet: & vt tempestas currus ei9 reddere in ira vindictā & vastationē in flāma ignis. Quia in igne enim zeli dn̄i dēuorabit oīs terra: & i gladio eius omnis caro. Aliud

Urbs fortitudinis nostre syon: saluator ponetur in ea murus & antemurale. Aperite portas: & ingrediat gens iusta custodiēs veritatē. Uetus error abijt seruabis pacē pacē quia i te sperauimus. Sperastis in domino i seculis eternis: i dn̄o deo forti in perpetuū. Quia incuruabit habitātes in excelso: ciuitatē sublimē humiliabit. Humiliabit eā vsq3 ad terrā: detrahet eam vsq3 ad puluerē. Cōculcabit eā pes pauperis: gressus egenorum. Semita iusti recta facta est: rectus callis iusti ad ambulādū. Et i semita iudicioꝝ tuoꝝ dn̄e sustinuim9 te nomen tuum & memoriale tuū i desiderio anime. Anima mea desiderabit te in nocte sed & spiritus meus in precordijs meis de mane vigilabo ad te. Cum feceris iudicia tua in terra: iusticiam discēt hitatores orbis. Misereamur impio: & nō discet facere iustitiam: in terra sanctorum iniqua gessit: & non videbit gloriā dn̄i. Dn̄e exal

tet manus tua vt non videant: videāt ꝛ ꝯfundātur zelātes populi: ꝛ ignis hostes tuos deuoret. D ñe dabis pacem nobis: oīa enim opa nostra opat⁹ es nobis. Cantica a pascha vsq͡ʒ ad pētecosten.

Quis est iste qui venit de edon: tinctis vestibus de bosra. Iste formosus in stola sua: gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iustitiaʒ: ꝛ ꝓpugnator sum ad saluādū. Quare ergo rubrū est indumētum tuū: ꝛ vestimenta tua sicut calcantiuʒ in torculari. Torcular calcaui solus: ꝛ d̄ gētib⁹ nō est vir mecū. Calcaui eos in furore meo: ꝛ cōculcaui eos i ira mea. Et asp̄sus est sanguis eoꝝ sup̄ vestimēta mea: ꝛ oīa indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis i corde meo: annus retributiōis mee venit. Circūspexi ꝛ nō erat auxiliator: quesiui ꝛ nō fuit qui adiuuaret. Et saluauit mihi brachium meū: ꝛ idignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Aliud.

Venite ꝛ reuertamur ad dn̄m: q2 ipse cepit ꝛ sanabit nos: pcutiet ꝛ curabit nos. Viuificabit nos p⁹ duos dies: in die tertia suscitabit nos: ꝛ viuemus in conspectu eius: sciem⁹ sequemur q͡ʒ ut cognoscamus dominū. Quasi diluculum preparat⁹ est egressus eius: ꝛ veniet q̄si imber nobis tēporaneus ꝛ serotinus terre. Quid faciā tibi effraim q̄d faciam tibi iuda: misericordia vestra quasi nubes matutina: ꝛ q̄si ros mane pertransiens. Propter hoc dolaui in ꝓphetis ꝛ occidi eos in verbis oris mei: ꝛ iudicia mea quasi lux egredientur. Quia misericordiam volui ꝛ non sacrificium: ꝛ scientiam dei plusq̄ holocaustum. Aliud.

Expecta me dicit dn̄s in die resurrectionis mee in futurū: q2 iudiciū meum: vt cōgregē gētes ꝛ colligā regna. Et effundā super eos indignationē meam: ꝛ oēm iram furoris mei. In igne eniʒ zeli mei deuorabitur oīs terra q2 tūc reddā populis labiuʒ electū vt vocēt oēs in nomie dn̄i ꝛ seruiāt ei humero vno. Ultra flumina ethiopie inde supplices mei: filij dispersoꝝ meoꝝ deferēt mun⁹ mi-

bi. In die illa nõ ↄfunderis super cũctis adinuẽtionibus tuis: quibus preuaricata es in me. Quia tũc auferam de medio tui magniloquos superbie tue: ⁊ nõ adijcies exaltari amplius in mõte sancto meo. Et derelinquã in medio tui populũ pauperem ⁊ egenũ: ⁊ sperabũt in noie domini reliquie israel. Nõ facient iniquitatẽ nec loquentur mẽdaciũ: ⁊ nõ inuenietur in ore eorum lingua dolosa. Qm̃ ipsi pascentur ⁊ accubabũt: ⁊ non erit qui exterreat.

In festo eucharistie domini nostri Jesu Christi cãtica.

Confitemini dño qm̃ bon⁹: qm̃. Dicãt nũc ↄredẽ. A solis ortu ⁊ occasu: ab aq̃. Errauerũt in solitudine. Esuriẽtes ⁊ sitiẽtes: aĩa. Et clamauerũt ad dñz. Et eduxit eos de tenebris. Cõfiteant dño mĩſicordie. Quia satiauit animã inanẽ. Gloria patri ⁊ filio. Aliud. Credidi ppt. totũ psalmũ. Aliud. Lauda hierusalem.

In festo corone dñi. Cant.

Pedibus ↄculcabit: corona supbie ebriorum effraiz. Et erũt flos decidẽs glorie exaltationis eius: qui est super verticem vallis pinguiũ quasi tẽporaneum ante maturitatez autũni. In die illa erit dñs exercituuz corona glorie: ⁊ sertũ exaltatiõis residuo populi sui. Et spiritus iudicij sedẽtis sup iudiciuz: ⁊ fortitudo reuertẽtibus de bello ad portã. Aliud cã.

In veste põderis quaz habebat: tot⁹ erat scriptus orbis terraruz. Et parentum magnalia: in quattuor ordinibus lapiduz erant sculpta. Et magnificentia tua: in diademate capitis illius erat scripta. Aliud cãticũ.

Spoliauit me glĩa mea ⁊ abstulit coronaz de capite meo. Destruxit me vndiq3 ⁊ pereo: ⁊ quasi euulse arboris abstulit spez meã. Iratus est contra me furor eius: ⁊ sic me habuit q̃si hostem suum. Fratres meos longe fecit a me: ⁊ noti mei quasi alieni recesserunt a me. Dereliquerunt me propinqui mei: ⁊ qui me nouerant obliti sunt mei.

In natali apostolorum ⁊ plurimoruz martyrum canticum.

Vos sancti dñi vocabi

mini mistri dei nostri. Dicet vobis fortitudinē gētium comedetis: ⁊ in gloria eorū superbietis. Pro cōfusiōe vestra duplici ⁊ rubore: laudabunt partē eorꝫ. Propterea in terra sua duplicia possidebunt: leticia sempiterna erit eis. Quia ego dñs diligens iudicium: ⁊ odio habēs rapinā in holocaustū. Et dabo opus eorum in veritate: ⁊ fedus perpetuū feriā eis. Et scietur in gentibus semen eorum: ⁊ germē eorū in medio populorꝫ. Omnes eniꝫ qui viderint eos cognoscent illos: quia isti sunt semen cui benedixit dominus. Aliud.

Fulgebunt iusti: ⁊ tanꝗ̄ scintille in arūdineto discurrēt. Iudicabūt nationes ⁊ dominabunt populis: ⁊ regnabit dominus illorū in perpetuū. Qui cōfidunt in domino intelligēt veritatem: ⁊ fideles in dilectione acqͥescēt illi. Qm̄ donū ⁊ pax: est electis dei. Aliud.

Reddet deus mercedeꝫ laborū sanctorū suorū: ⁊ deducet illos in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei: ⁊ in luce stellarū nocte. Trāstulit illos mare rubrum: ⁊ trāsuexit illos per aquā nimiā. Inimicos autem illorum demersit in mare: ⁊ ab altitudine inferorum eduxit illos: Ideo iusti tulerunt spolia impiorū: ⁊ decantauerunt domine nomen sanctum tuum. Et victriceꝫ manum tuam laudauerunt pariter: dñe deus noster.

¶ In nat. vnius martyris vl cōfes. pont. vel nō pōt. cant.

Beatus vir qui in sapiētia morabit ⁊ qui i iustitia meditabit: ⁊ in sensu cogitabit circūspectionem dei. Cibabit illū pane vite ⁊ intellectus: ⁊ aqua sapientie salutaris potabit illū. Et firmabitur in illo ⁊ non flectet. ⁊ cōtinebit illum ⁊ nō cōfundetur: ⁊ exaltabit illuꝫ apud ꝓximos suos. Et nomine eterno hereditabit illum dominus deus noster. Aliud.

Benedictus vir qui cōfidit in dño: ⁊ erit dominus fiducia eius. Et erit tanꝗ̄ lignum quod plātatuꝫ est secus decursus aquaruꝫ: qđ ad humoreꝫ mittit radices suas ⁊ nō timebit cū venerit estus. Et erit foliū ei⁹

viride: ⁊ in tempore siccitatis non erit sollicitum: nec aliqñ desinet facere fructũ. Aliud.

B Eatus vir qui inuentus est sine macula: ⁊ qui post aurum nõ abijt nec sperauit i pecunie thesauris. Quis est hic ⁊ laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo ⁊ pfectus inuẽtus est: ⁊ erit illi glĩa etna. Qui potuit trãsgredi ⁊ non est transgressus: facere mala ⁊ nõ fecit. Ideo stabilita sũt bona illius i dño: ⁊ helemosynas illi⁹ enarrabit oĩs ecclĩa scõrũ. ¶ In natali v̾ginũ ⁊ festiuitatib⁹ btẽ Marie. cantica.

A Udite me diuini fructus: ⁊ quasi rosa plãtata sup riuos aquaꝝ fructificate. Quasi libanus odorem suauitatis habete. Florete flores quasi lilium date odorẽ ⁊ frõdete in gratiaꝫ: ⁊ collaudate cãticũ: ⁊ bñdicite dñm in oĩbus opibus suis. Date noĩ eius magnificẽtiã: ⁊ ꝯfitemini illi in voce labiorũ vestroꝝ. In cãticis labiorũ ⁊ cytharis: ⁊ sic dicetis in confessione opera domini vniuersa bõa valde. Aliud.

G Audens gaudebo in dño: ⁊ exultabit aĩa mea in deo meo. Quia iduit me vestimẽto salutis: ⁊ indumẽto iustitie circũdedit me. Quasi spõsum decoratũ corona: ⁊ quasi spõsaꝫ ornatã monilibus suis. Sicut eniꝫ terra pfert germẽ suum ⁊ sicut ortus semen suum germinat: sic dñs deus germinabit iusticiam ⁊ laudem coraꝫ vniuersis gẽtib⁹. Propter syon nõ tacebo: ⁊ ꝑpter hierusalem non quiescaꝫ donec egrediatur vt splẽdor iustus eius ⁊ saluator eius vt lampas accẽdat. Et videbũt gẽtes iustũ tuũ: ⁊ cũcti reges inclitum tuum. Et vocabit tibi nomẽ nouũ: quod os dñi noĩauit. Et eris corona glorie in manu dñi: ⁊ dyadema regni in manu dei tui. Aliud.

N On vocaberis vltra derelicta: ⁊ terra tua non vocabitur amplius desolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea: ⁊ terra tua inhabitabit. Quia cõplacuit dño in te: ⁊ terra tua inhabitabit. Habitabit eiꝫ iuuenis cuꝫ virgine: ⁊ habitabũt in te filij tui. Et gaudebit

sponsus sup spõsam: ⁊ gaudebit sup te deus tuus. Super muros tuos hierusalem cõstitui custodes: tota die ⁊ tota nocte in ppetuum nõ tacebunt. Qui reminiscimini domini ne taceatis: ⁊ ne detis silētium ei donec stabiliat ⁊ donec ponat hierusalē laudem in terra. In duabus festiuitatibus sancte crucis cãtica. Domine audiui. P. 20 iniqtate. Egressus es. ¶ In dedicatione ecclesie cantica. Letatus sum. Nisi dominus edificauerit. Lauda hierusalem. Feria. ij. Canticum.

Confitebor tibi domine qm iratus es mihi: cõuersus est furor tuus ⁊ cõsolatus es me. Ecce deus saluator meus: fiducialiter agã ⁊ non timebo. Quia fortitudo mea ⁊ laus mea dominus: ⁊ factus es mihi in salutem. Haurietis aqs in gaudio de fontibus saluatoris: ⁊ dicetis in illa die ꝯfitemini dño ⁊ inuocate nomē eius. Notas facite ĩ populis adinuētiones eius: mementote quoniã excelsum est nomē eius. Cantate dño qm magnifice fecit: annunciate hoc in vniuersa terra. Exulta ⁊ lauda habitatio syon: qz magnus in medio tui sanctus israel. Feria. iij. Cant. isaie.

Ego dixi ĩ dimidio dierum meoꝝ: vadã ad portas inferi. Quesiui residuum annoꝝ meorum: dixi non videbo dominum deũ in terra viuētium. Non aspiciam hominem vltra: ⁊ habitatorem quietis. Generatio mea ablata est ⁊ conuoluta est a me: quasi tabernaculũ pastorum. Precisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me: de mane vsq ad vesperã finies me. Sperabam vsq ad mane: quasi leo sic contriuit oĩa ossa mea. De mane vsq ad vesperam finies me: sicut pullus hyrundinis sic clamabo meditabor vt colũba. Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelso. Domine vim patior respõde pro me: quid dicã aut quid respõdebit mihi cũ ipse fecerit. Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine anime mee. Domine si sic viuitur ⁊ in talibus vita spiritus mei: corripies me ⁊ viuificabis me: ecce in pace amaritudo

mea amarissima. Tu autez
eruisti animam meaz vt non
periret: ꝓiecisti post tergum
tuū oīa peccata mea. Quia
non infernus confitebitur ti-
bi neqꝫ mors laudabit te: nō
expectabunt qui descendunt
in lacum veritatem tuam.
Uiuens viuens ipse confite
bitur tibi sicut ⁊ ego hodie:
pater filiis notam faciet ve-
ritatem tuaz. Domine saluū
me fac: ⁊ psalmos nostros
cātabimus cūctis diebus vi
te nostre in domo domini.

¶ Feria .iiij. Cāticum Anne.

EXultauit cor meum in
dn̄o: ⁊ exaltatū est cor
nu meum in deo meo. Do-
minatū est os meū super ini
micos meos: q2 letata suz in
salutari tuo. Nō est sanctus
vt est dn̄s neqꝫ eniz est alius
extra te: ⁊ non est fortis sicut
deus noster. Nolite multi-
plicare loqui sublimia: glo-
riantes. Recedāt vetera de
ore vestro: q2 deus scientia-
rū dn̄s est: ⁊ ipsi preparātur
cogitationes. Arcus forti-
um supatus est: ⁊ infirmi ac-
cincti sunt robore. Repleti
prius pro panibus se loca-
uerūt: ⁊ famelici saturati sūt.
Donec sterilis peperit plu-
rimos: ⁊ que multos habe-
bat filios infirmata est. Do
minus mortificat ⁊ viuificat
deducit ad inferos ⁊ reducit
Dn̄s pauperē facit ⁊ ditat:
humiliat ⁊ subleuat. Susci-
tās de puluere egenum: ⁊ de
stercore erigēs pauperē. Ut
sedeat cū principib9: ⁊ soliuz
glorie teneat. Dn̄i enim sūt
cardines terre: ⁊ posuit super
eos orbē. Pedes sanctoruz
suoꝝ obseruabit: ⁊ impii in te
nebris conticescent: q2 non in
fortitudine sua roborabitur
vir. Dominum formidabūt
aduersarii eius: ⁊ super ipos
in celis tonabit. Dn̄s iudi-
cabit fines terre: ⁊ dabit impe-
riū regi suo ⁊ sublimauit cor
nu xp̄i sui. Fer. v. Can moysi.

CAntemus dn̄o glorio
se enim honorificatus
est: equum ⁊ ascensorem deie
cit in mare. Fortitudo mea
⁊ laus mea domin9: ⁊ factus
est mihi in salutem. Iste de9
meus ⁊ glorificabo eum: de-
us patris mei ⁊ exaltabo eū
Dominus quasi vir pugna-
tor omnipotens nomē eius
currus pharaonis ⁊ exerci-
tum eius ꝓiecit in mare. Ele

eti pꝛicipes eius submersi sũt
in mari rubꝛo: abyssi operue
runt eos: descẽderunt in pꝛo
fundum quasi lapis. D exte
ra tua dñe magnificata ē foꝛ
titudine dextera tua dñe per
cussit inimicum: ⁊ in multitu-
dine gloꝛie tue deposuisti ad
uersarios meos. M isisti irã
que deuoꝛauit eos sicut stipu
lã: ⁊ in spiritu furoꝛis tui con
gregate sunt aque. S tetit vn
da fluens: cõgregate sũt abys
si in medio mari. D ixit ini-
micus persequar ⁊ cõpꝛehẽ-
dam: diuidam spolia: imple-
bitur anima mea. E uagina
bo gladium meum: interfici-
et eos manus mea. F lauit
spiritus tuus ⁊ operuit eos
mare: submersi sũt quasi plũ
bum in aquis vehemẽtibus.
Q uis similis tui in foꝛtibus
domine: quis similis tui ma-
gnificus in sanctitate: terribi
lis atq laudabilis ⁊ faciẽs
mirabilia. E xtendisti ma-
num tuam ⁊ deuoꝛauit eos
terra: dux fuisti in misericoꝛ-
dia tua populo quem rede-
misti. E t poꝛtasti eum in foꝛ
titudine tua: ad habitaculũ
sanctum tuum. A scenderũt
populi ⁊ irati sunt: doloꝛes
obtinuerũt habitatoꝛes phi
listijm. T unc cõturbati sunt
pꝛicipes edom robustos mo
ab obtinuit tremoꝛ: obꝛigue
rũt omnes habitatoꝛes cha
naan. I rruat super eos foꝛ
mido ⁊ pauoꝛ: in magnitu-
dine bꝛachij tui. F iant imo
biles quasi lapis: donec per
transeat populus tuus do-
mine: donec pertranseat po-
pulus tuus iste quem posse-
disti. I ntroduces eos ⁊ plã
tabis ĩ mõte hereditatis tue:
firmissimo habitaculo tuo
quod operatus es domine.
S anctuarium tuum domi-
ne qđ firmauerũt manꝰ tue:
dominus regnabit in eternũ
⁊ vltra. I ngressus est enim
eques pharao cũ curribus
⁊ equitibus eius in mare: ⁊
reduxit super eos dominus
aquas maris. F ilij autem
israel ambulauerunt per sic-
cum: in medio eius. ¶ Fe-
ria sexta. Canticum Abdie.
D Omine audiui audi-
tionem tuam ⁊ timui.
D ñe opus tuũ: in medio an
noꝝ viuifica illud. I n me-
dio ãnoꝝ notũ facies: cũ ira
tus fueris misericoꝛdie recoꝛ-
daberis. D eus ab austro

veniet: ꝛ sanct⁹ de mõte pharam. Operuit celos gloria eius: ꝛ laudis eius plena est terra. Splẽdor eius vt lux erit: cornua i manibus eius. Ibi abscõdita est fortitudo ei⁹: ante faciez ei⁹ ibit mors. Egredietur dyabolus ante pedes eius: stetit ꝛ mẽsus est terram. Aspexit ꝛ dissoluit gentes: ꝛ contriti sunt mõtes seculi Incuruati sũt colles mũdi: ab itineribus eternitatis eius. Pro iniquitate vidi tentoria ethiopie: turbabuntur pelles terre madian. Nũquid in fluminibus iratus es domine: aut in fluminibus furor tuus: vel in mari indignatio tua. Qui ascẽdes sup equos tuos: ꝛ quadrige tue saluatio. Suscitãs suscitabis arcũ tuũ: iuramẽta tribub⁹ que loquutus es. Fluuios scindes terre viderũt te ꝛ doluerũt mõtes: gurges aquarum trãsijt. Dedit abyssus vocem suã: altitudo manus suas leuauit. Sol ꝛ luna steterunt in habitaculo suo: in luce sagittarũ tuarum ibũt in splendore fulgurãtis haste tue. In fremitu cõculcabis terram: ꝛ in furore obstupefacies gentes. Egressus es in salutem populi tui: in salutem cum christo tuo. Percussisti caput de domo impij: denudasti fundamẽtuz vsqꝫ ad collum. Maledixisti sceptris eius: capiti bellatorum eius: venientibus vt turbo ad dispergẽdum me. Exultatio eorum: sicut eius qui deuorat pauperem in abscõdito. Uiam fecisti in mari equis tuis: in luto aquarũ multarum. Audiui ꝛ conturbatus est venter meus: a voce contremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in ossibus meis: ꝛ subter me scateat. Ut requiescam i die tribulationis: ꝛ ascendaz ad populum accinctum nostrũ. Ficus enim non florebit: ꝛ non erit germen in vineis. Mentietur opus oliue: ꝛ arua non afferent cibum. Abscidetur de ouili pecus: ꝛ nõ erit armentuz in presepibus. Ego autem in domino gaudebo: ꝛ exultabo in deo iesu meo. Deus dominus fortitudo mea: ꝛ ponet pedes meos quasi ceruorum. Et sup excelsa mea deducet me victor: in psalmis canentem.

¶ Sabbato. Canticū moysi.

Audite celi q̄ loquor: audiat terra v̄ba oris mei. Cōcrescat in pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquiū meū. Quasi imber super herbā: ⁊ quasi stille sup gramina: q2 nomē dñi inuocabo. Date magnificētiam deo nostro dei perfecta sunt opera: ⁊ oēs vie eius iudicia Deus fidelis ⁊ absq3 vlla iniquitate iustus ⁊ rectus: peccauerūt ei ⁊ nō filij eius i sordibus. Generatio praua atq3 puersa: heccine reddis domino popule stulte ⁊ isipiēs. Nūquid non ipse est pater tuus: q possedit ⁊ fecit ⁊ creauit te. Memento dierū antiquorū: cogita generationes singulas. Interroga patrē tuū ⁊ annūciabit tibi: maiores tuos ⁊ dicēt tibi. Quando diuidebat altissimus gentes: qn̄ sepabat filios adam. Cōstituit terminos populorum iuxta numerum filiorū israel. Pars aūt dñi populus eius: iacob funiculus hereditatis eius. Inuenit eum in terra deserta: in loco horroris ⁊ valle solitudinis. Circūduxit eū ⁊ docuit: ⁊ custodiuit quasi pupillā oculi sui. Sicut aquila prouocās ad volādū pullos suos: ⁊ sup eos volitās. Expādit alas suas ⁊ assumpsit eum: atq3 portauit in humeris suis. Dominus solus dux eius fuit: ⁊ non erat cum eo deus alienus. Cōstituit eum super excelsam terrā: vt comederet fructus agrorū. Et suggeret mel de petra: oleumq3 de saxo durissimo. Butyrū de armento ⁊ lac de ouibus: cum adipe agnorum ⁊ arietum filiorum basan. Et hircos cum medula tritici: ⁊ sanguinem vue biberēt meracissimum. Incrassatus est dilectus ⁊ recalcitrauit: incrassatus impinguatus dilatatus. Dereliquit deum factorē suum: ⁊ recessit a deo salutari suo. Prouocauerūt eum in dijs alienis: ⁊ in abominatiōibus ad iracūdiā ꝓcitauerūt Immolauerunt demonijs ⁊ non deo: dijs quos ignorabāt. Noui recentesq3 venerūt: quos non coluerunt patres eorum. Deum qui te genuit dereliquisti: ⁊ oblitus es dñi creatoris tui. Vidit dñs ⁊ ad iracundiam conci

tatus est: quia prouocaue-
runt eum filij sui et filie. Et
ait abscondam faciem meaz
ab eis: et considerabo nouis-
sima eorum. Generatio eniz
peruersa est: et infideles filij.
Ipsi me prouocauerunt in
eo qui non erat deus: et irri-
tauerunt in vanitatibus suis.
Et ego prouocabo eos in
eo qui non est pplus: et in gen-
te stulta irritabo illos. Alia.
Ignis succensus est in fu-
rore meo: et ardebit vs-
que ad inferni nouissima. De
uorabitque terram cuz germi-
ne suo: et montium fundamen-
ta comburet. Congregabo
sup eos mala: et sagittas me-
as complebo in eis. Con-
sumentur fame: et deuorabunt
eos aues morsu amarissimo
Dentes bestiarum immittam
in eos: cum furore trahentium
super terram atque serpentium.
Foris vastabit eos gladi-
us et intus pauor: iuuenem si-
mul ac virginem lactentem cuz
homine sene. Et dixi vbinam
sunt: cessare faciam ex homi-
nibus memoriam eorum.
Sed propter iram inimico-
rum distuli: ne forte superbi-
rent hostes eorum. Et dice-
rent manus nostra excelsa: et
non dominus fecit hec om-
nia. Gens absque consilio est
et sine prudentia: vt saperent
et intelligerent ac nouissima p
uiderent. Quomodo perse-
quebatur vnus mille: et duo
fugarent decem milia. Non-
ne ideo quia deus suus ven-
didit eos: et dominus conclu-
sit illos. Non enim est de-
us noster vt dij eorum: et ini-
mici nostri sunt iudices. De
vinea sodomorum vinea eo-
ruz: et de suburbanis gomor-
re. Vua eoruz vua fellis:
et botrus amarissimus. Fel
draconum vinum eorum: et ve-
nenum aspidum insanabile.
Nonne hec condita sunt apud
me: et signata i thesauris me-
is. Mea est vltio et ego retri
buam eis in tempore: vt la-
batur pes eoruz. Iuxta est
dies perditionis: et adesse fe-
stinant tempora. Iudicabit
dominus populum suum: et
in seruis suis miserebitur.
Videbit quod infirmata sit ma-
nus et clausi quoque defecerunt
residuique consumpti sunt. Et
dicent vbi sunt dij eorum: in
quibus habebant fiduciam.
De quorum victimis come

57

debātadipes ⁊ bibebant vinum libaminum. Surgant ⁊ opitulentur vobis: ⁊ in necessitate vos protegant. Videte ꝙ ego sim solus: ⁊ non sit alius deus pter me. Ego occidam ⁊ ego viuere faciā: percutiam ⁊ ego sanabo: ⁊ nō est qui de manu mea possit eruere. Leuabo ad celū manum meaꝫ: ⁊ dicam viuo ego in eternum. Si acuero vt fulgur gladium meum: ⁊ arripuerint iudiciuꝫ manus mee. Reddā vltionem hostibus meis: ⁊ his qui oderunt me retribuaꝫ. Inebriabo sagittas meas sanguine: ⁊ gladius meus deuorabit carnes. De cruore occisoꝝ: ⁊ de captiuitate nudati inimicorum capitis. Laudate gentes populum eius: quia sanguinem seruorum suoruꝫ vlciscetur. Et vindictam retribuet in hostes eorum: ⁊ propitius erit terre populi sui. Hymnus triū puerorūꝫ.

Benedicite omnia opa domini domino: laudate ⁊ superexaltate eum in secula. Bn̄dicite angeli domini dn̄o: benedicite celi dn̄o. Bn̄dicite aque oēs que super celos sunt domino: benedicite oēs virtutes dn̄i dn̄o. Benedicite sol ⁊ luna dn̄o: benedicite stelle celi domīo. Bn̄dicite imber ⁊ ros dn̄o: bn̄dicite oīs spūs dei dn̄o. Bn̄dicite ignis ⁊ estus dn̄o bn̄dicite frigus ⁊ estas dn̄o. Bn̄dicite rores ⁊ pruina domino: bn̄dicite gelu ⁊ frigus dn̄o. Bn̄dicite glaties ⁊ niues dn̄o: benedicite noctes ⁊ dies dn̄o. Bn̄dicite lux ⁊ tenebre domīo: benedicite fulgura ⁊ nubes domino. Benedicat terra dn̄m: laudet ⁊ superexaltet eū in secula. Bn̄dicite montes ⁊ colles domino: benedicite vniuersa germinantia in terra dn̄o. Bn̄dicite fontes dn̄o: benedicite maria ⁊ flumina dn̄o. Bn̄dicite cete ⁊ oīa que mouent in aquis dn̄o: bn̄dicite oēs volucres celi dn̄o. Bn̄dicite oēs bestie ⁊ pecora dn̄o: bn̄dicite filij hoīuꝫ dn̄o. Bn̄dicat isrl̄ dn̄m: laudet ⁊ superexaltet eū in scl'a. Bn̄dicite sacerdotes dn̄i dn̄o: bn̄dicite serui dn̄i dn̄o. Bn̄dite spūs ⁊ aīe iustoꝝ dn̄o: bn̄dicite sci ⁊ humiles corde dn̄o. Benedicite anania azaria ⁊ misael

dñm: laudate ꝛ superexaltate eũ in secula. Bñdicam⁹ patrẽ ꝛ filium cũ sancto spiritu: laudem⁹ ꝛ superexaltem⁹ eum in secula. Bñdict⁹ es dñe in firmamẽto celi: ꝛ laudabilis ꝛ gloriosus ꝛ superexaltat⁹ in secula. Cãticum zacharie.

Benedictus dñs deus israel: qꝛ visitauit ꝛ fecit redẽptionem plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis: i domo dauid pueri sui. Sicut loquut⁹ est per os sãctoꝝ: qui a seculo sunt ꝓphetarũ eius. Salutẽ ex inimicis nostris: ꝛ de manu oium q̃ oderũt nos. Ad faciẽdã misericordiã cum patrib⁹ nostris: ꝛ memorari testamenti sui sancti. Iusiurãdũ qđ iurauit ad abrahã patrem nostrum: daturũ se nobis. Ut sine timore de manu inimicorũ nostroꝝ liberati: seruiamus illi. In sanctitate ꝛ iusticia corã ipso: oibus dieb⁹ nostris. Et tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis: preibis eim ante faciẽ dñi parare vias ei⁹. Ad dãdã scientiã salutis plebi ei⁹: in remissionẽ peccatoꝝ eoꝝ. Per viscera misericordie dei nostri: in q̃bus visitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris ꝛ in vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Canticum beate Marie.

Magnificat: aĩa mea dñm. Et exultauit spirit⁹ meus: in deo salutari meo. Quia respexit humilitatẽ ancille sue: ecce enim ex hoc beatã me dicẽt oẽs generatiões. Quia fecit mihi magna q̃ potẽs est: ꝛ sanctũ nomẽ ei⁹. Et misericordia eius a ꝓgenie in ꝓgenies: timẽtibus eum. Fecit potẽtiam in brachio suo: dispersit superbos mẽte cordis sui. Deposuit potentes de sede: ꝛ exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis: ꝛ diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerũ suũ: recordatus misericordie sue. Sicut loquutus est ad patres nostros: abrahã ꝛ semini ei⁹ in secula.

Hymnus sancti Ambrosij.

Te deum laudamus: te dñm confitemur. Te eternum patrẽ: oĩs terra veneratur. Tibi omẽs angeli: tibi celi ꝛ vniuerse potestates. Tibi cherubin ꝛ sera-

phin: incessabili voce procla
mant. Sanctus. Sanctus.
Sanctus. Dominus deus
sabaoth. Pleni sunt celi et
terra: maiestatis glorie tue.
Te gloriosus: apostolorum
chorus. Te pphetarū: lau-
dabilis numerus. Te mar-
tyrū cādidatus: laudat exer-
citus. Te per orbē terrarum
sancta ꝯfitet̄ ecclesia. Patrē
immēse maiestatis. Venerā
dū tuū verū: et vnicū filium.
Sāctū quoqꝫ paclitū spūm.
Tu rex glorie xp̄e. Tu pa-
tris sempitern⁹ es filius. Tu
ad liberādū suscepturus ho
minē: non horruisti virginis
vterum. Tu deuicto mortis
aculeo: aperuisti credētibus
regna celorum. Tu ad dexte-
rā dei sedes: i gloria patris.
Iudex crederis esse ventu-
rus. Te ergo q̄sum⁹ tuis fa-
mulis subueni: quos p̄cioso
sanguine redemisti. Eterna
fac cū sanctis tuis gloria mu
nerari. Saluū fac populum
tuum dn̄e: et benedic heredi-
tati tue. Et rege eos et extol
le illos vsqꝫ in eternū. Per
singulos dies benedicimus
te. Et laudamus nomē tuū
in seculum: et in seculū secul.

Dignare dn̄e die isto: sine
pecato nos custodire. Mise
rere nostri dn̄e: miserere no-
stri. Fiat misericordia tua
dn̄e sup nos: quēadmodum
sperauimus in te. In te do-
mine speraui nō cōfundar in
eternū. Symbolum athana
sij dn̄icis dieb⁹ post primam.

Quicūqꝫ vult saluus es
se: an̄ oia opus est vt
teneat catholicā fidē. Quam
nisi quisqꝫ integrā iniolatāqꝫ
seruauerit: absqꝫ dubio i eter
nū peribit. Fides aūt catho
lica hec est: vt vnū deū in tri-
nitate et trinitatē i vnitate ve-
neremur. Neqꝫ cōfundētes
psonas: neqꝫ substantiā sepa
rantes. Alia est eim psona
patris alia filij: alia spiritus
sancti. Sed patris et filij et
spiritus sancti vna est diuini
tas: equalis gloria coeterna
maiestas. Qualis pater ta-
lis filius: talis spiritus san-
ctus. Increat⁹ pater increa-
tus filius: increatus spiritus
sanctus. Immēsus pater i-
mēsus filius: imensus spirit⁹
sanctus. Eternus pater eter
nus filius: eternus spūs san-
ctus. Et tamen nō tres eter
ni: sed vnus etern⁹. Sic non

tres increati nec tres immensi:
sed vnus increatꝰ ⁊ vnꝰ immē-
sus. Similiter oīpotēs pa-
ter oīpotēs filiꝰ: oīpotēs spi
ritus sanctus. Et tamē non
tres oīpotētes: sed vnꝰ oīpo-
tēs. Ita deus pater deꝰ filiꝰ:
deus spiritus sanctus. Et ta
men nō tres dīj: sed vnus est
deus. Ita dn̄s pater domi-
nus filius: dn̄s spiritus san-
ctus. Et tamē non tres dn̄i:
sed vnus est dn̄s. Quia si-
cut singillatī vnāquāqꝫ pso
nam deū ac dn̄m cōfiteri chri
stiana veritate cōpellimur:
ita tres deos aut dn̄os dice-
re catholica religione prohi
bemur. Pater a nullo est fa
ctus: nec creatus nec genitus
Filius a patre solo est: non
factus nec creatus sed geni-
tus. Spiritus sanctus a pa
tre ⁊ filio: nō factus nec crea
tus nec genitus sed ꝓcedens.
Unus ergo pater non tres
patres: vnus filius nō tres
filij: vnus spūs sanctus non
tres spūs sancti. Et in hac
trinitate nihil prius aut po-
sterius: nihil maius aut mi-
nus: sed tote tres persone co
eterne sibi sunt ⁊ coequales.
Ita vt per omnia sicut iam
supradictū est: ⁊ vnitas in tri
nitate ⁊ trinitas i vnitate ve-
neranda sit. Qui vult ergo
saluus eē: ita de trinitate sen-
tiat. Sed necessarium est ad
eternam salutem: vt incarna
tionem quoqꝫ domini nostri
iesu christi fideliter credat.
Est ergo fides recta vt cre-
damus ⁊ cōfiteamur: qꝛ do-
minus noster iesus xp̄s dei
filius deꝰ ⁊ homo est. Deꝰ
est ex substantia patris ante
secula genitꝰ: ⁊ homo est ex
substātia matris in seculo na
tus. Perfectꝰ deus perfectꝰ
homo: ex anima rationali ⁊
humana carne subsistens.
Equalis patri ſm diuinita-
tem: minor patre ſm huma-
nitatem. Qui licet deus sit ⁊
homo: non duo tamē sꝫ vnꝰ
est christus. Unus autē nō
cōuersione diuinitatis in car
nem: sed assumptione huma
nitatis in deū. Unus omni
no non cōfusione substantie:
sed vnitate persone. Nam si-
cut anima rationalis ⁊ caro
vnus est hō: ita deus ⁊ ho-
mo vnus est xp̄s. Qui pas-
sus est pro salute nostra: de-
scendit ad inferos: tertia die
resurrexit a mortuis. Ascē-

dit ad celos sedet ad dexte-
raz dei patris omnipotētis:
inde vēturus est iudicare vi-
uos et mortuos. Ad cuius
aduētum omēs homines re
surgere habēt cum corpori-
bus suis: et reddituri sunt de
factis proprijs rationē. Et
qui bona egerunt ibunt in vi
tam eternam: qui vero mala
in ignē eternum. Hec est fi-
des catholica quaz nisi q̄sq̧
fideliter firmiterq̧ credide-
rit: saluꝰ eē nō poterit. Glo-
ria patri: ℣. Bn̄dicat nos deus
deus noster: benedicat nos deꝰ. ℟.
Et metuāt eum oēs fines terre. Dn̄s
vobiscum. Et cū spiritu. Oremꝰ.

Omnipotēs sempiter-
ne deꝰ: q̄ dedisti famu
lis tuis in ꝯfessiōe vere fidei
eterne trinitatis glīaz agno-
scē: et i potētia maiestatꝭ ado-
rare vnitatē: q̄s: vt eiusdem
fidei firmitate ab oibꝰ semp̄
mūiamur aduersis. Per dn̄z.

Letania post septē psalmos.

Kyrieleyson. Christe-
leyson. Christe audi
nos. Christe exaudi nos.
Pater de celis deus: mise-
rere nobis.
Fili redēptor mundi deus:
miserere nobis.
Spiritus sancte deus: mise-
rere nobis.
Sancta trinitas vnus deus
miserere nobis.
Sancta maria ora.
Sancta dei genitrix ora.
Scā virgo virginū ora.
Sancte michael ora.
Sancte gabriel ora.
Sancte raphael ora.
Omnes sancti beatorꝫ spiri
tuum ordines. orate.
Scē ioānes baptista ora.
Oēs sci patriarche et ꝓphe.
Sancte petre ora.
Sancte paule ora.
Sancte andrea ora.
Sancte iacobe ora.
Sancte ioannes ora.
Oēs sci apl̄i et euāgl̄e orate
Sancte stephane ora.
Sancte laurenti ora.
Sancte vincenti ora.
Sancte thoma ora.
Sācti ioānes et paule orate
Oēs sci martyres orate.
Sancte martine ora.
Sancte ambrosi ora.
Sancte hieronyme ora.
Sancte augustine ora.
Sancte gregori ora.
Sancte nicolae ora.
Sancte petre ora.
Sancte guillerme ora.

Sancte edmunde ora.
Sancte malachia ora.
Sancte benedicte ora.
Sancte bernarde ora.
Sancte roberte ora.
Omnes sci ꝯfessores orate.
Scā maria magdalene ora.
Sancta agatha ora.
Sancta agnes ora.
Sancta cecilia ora.
Sancta chaterina ora.
Sancta francha ora.
Sancta anna ora.
Sancta margarita ora.
Omnes sancte virgines orate
Omnes sci ꝛ sancte dei orate.
Propiti⁹ esto ꝑce nobis .d.
Ab iminentibus peccatorum nostrorum ꝑiculis l.
A dānatione ꝑpetua l.
A fulgure ꝛ tēpestate l.
Per mysteriū sancte incarnationis tue. l.
Per passionē ꝛ crucē tuā. l.
Per gloriosam resurrectionem tuam. l.
Per admirabilem ascēsionem tuam. l.
Per gratiam sancti spiritus paracliti. l.
Peccatores. te.
Ut pacē nobis dones. te.
Ut ecclesiam tuam regere ꝛ defensare digneris. te.
Ut loca nostra ꝛ omnes habitātes in eis visitare ꝛ cōsolare digneris. te.
Ut regularibus disciplinis nos īstruere digneris. te.
Ut omnibus benefactorib⁹ nostris sempiterna bona retribuas te.
Ut omnibus fidelib⁹ defunctis requiem eternam donare digneris te.
Fili dei. te.
Agnus dei qui tollis peccata mundi: miserere nobis.
Agnus dei qui tollis peccata mūdi: miserere nobis.
Kyrieleyson. Christeleysō.
Kyrielyson. Pater noster.
Et ne nos idu. Sed libera nos a malo. ℣. Exurgat deus ꝛ dissipētur inimici ei⁹. ℟. Et fugiant q oderūt eū a facie ei⁹. ℣. Saluū fac populū tuū dñe ꝛ bñdic hereditati tue. ℟. Et rege eos ꝛ extolle illos vsq͡ʒ in eternū. ℣. Fiat pax i virtute tua. ℟. Et abūdātia in turrib⁹ tuis. ℣. Dñe exaudi orōnē meā. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Orō.

Ecclesie tue dñe preces placat⁹ admitte: vt destructis aduersitatib⁹ ꝛ erroribus vniuersis: secura tibi seruiat libertate. Alia oratio.

Deus a quo sancta de/ sideria recta consilia ꝛ iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mūdus da re non potest pacē: vt ꝛ cor/ da nostra mandatis tuis de dita: ꝛ hostium sublata for/ midine: tempora sint tua ꝓte ctione tranqlla. Alia oratio.

Omnipotēs sempiter/ ne deus edificator ꝛ custos hierusalē ciuitatis su/ perne: edifica ꝛ custodi loca nostra cū habitatorib[9] suis: vt sit in eis domicilium tran quillitatis ꝛ pacis. Oratio.

Ineffabilem misericor diam tuam dn̄e nobis clementer ostende: vt simul nos ꝛ a peccatis exuas: ꝛ a penis quas ꝓ his meremur eripias. Per christum.

Finis Psalterij.

¶ Incipit liber hymnoꝝ sin-
gulis diebus ad noct. q̈bus
ꝓpꝛij deputati nō sunt. hy⁹.

Eterne rerū cō
ditoꝛ noctē diē
q̄ qui regis: ⁊
tēpoꝛū das tē-
poꝛa vt alleues
fastidiū. Preco die iā sonat
noctis ꝓfunde ꝑuigil: noctur
na lux viātibus a nocte no-
ctē segregans. Hoc excitat⁹
lucifer soluit poluꝫ caligine:
hoc oīs erroꝝ choꝛus viaꝫ
nocendi deserit. Hoc nauta
vires colligit pontiq̄ mite-
scūt freta: hoc ipsa petra ec-
clesie canente culpam diluit.
Surgam⁹ ergo strenue gal-
lus iacētes excitat: ⁊ somno-
lētos icrepat gallus negāteꝫ
arguit. Gallo canente spes
redit egris salus refūdit̄: mu
cro latronis condit̄ lapsis fi
des reuertit̄. Iesu pauentes
respice: ⁊ nos videndo coꝛri
ge: si respicis lapsus cadunt
fletuq̄ culpa soluit̄. Tu lux
refulge sensib⁹ mentisq̄ som
nū discute: te nostra vox pri-
mū sonet ⁊ oꝛa soluam⁹ tibi.
Gloꝛia tibi dn̄e: gloꝛia vni-
genito: vna cū sancto spiritu
in sempiterna secula. Amen.

Eisdē dieb⁹ in laudib⁹. hy⁹.

Splēdoꝛ paterne glīe
de luce lucē ꝓferēs: lux
lucis ⁊ fons lumīs dies die-
rū illuminans. Uerusq̄ sol
illabere micās nitoꝛe ꝑpeti:
iubarq̄ sc̄i spūs ifūde nostris
sensibus. Uotis vocemus ⁊
patrē patrē ꝑhēnis glīe: pa-
trē potētis gratie culpā rele-
get lubꝛicaꝫ. Infoꝛmet act⁹
strenuos dētē retūdat iuidi:
casus secundet aspos donet
gerēdi gratiā. Mētē gubnet
⁊ regat casto fideli coꝛpe: fi-
des caloꝛe ferueat fraudis
venena nescia. Christusq̄
nobis sit cib⁹ potusq̄ noster
sit fides: leti bibam⁹ sobꝛiam
ebꝛietatē spūs. Letus dies
hic trāseat pudoꝛ sit vt dilu-
culum: fides velut meridies
crepusculū mēs nesciat. Au
roꝛa cursus pꝛoueat auroꝛa
tot⁹ ꝓdeat: in patre tot⁹ fili⁹ ⁊
totus i v̄bo pater. Gloꝛia tibi
dn̄e. Oī tpe ad primā. hy⁹.

Iam lucis oꝛto sidere
deū ꝑcemur supplices:
vt in diurnis actib⁹ nos ser-
uet a nocētib⁹. Linguā refre
nās temperet ne litis hoꝛꝛoꝛ
insonet: visuꝫ fouēdo ꝯtegat
ne vanitates hauriat. Sint

pura cordis intima absistat
et vecordia: carnis terat sup-
biã pot⁹ cibiq₃ pcita s. A t cũ
dies abscesserit noctẽq₃ sors
reduxerit: mundi p abstinen
tiam ipsi canamus gloriam.
D eo patri sit gloria eiusq₃
soli filio: cuz spũ paraclito et
nunc et in perpetuum. Amen.
Ad tertiã oib⁹ dieb⁹ qb⁹ pro-
prij deputati nõ sũt. Hymn⁹.
N Unc scẽ nobis spirit⁹
vn⁹ patri cũ filio: di-
gnare pmpt⁹ igeri nostro re
fusus pectori. O s lingua
mẽs sensus vigor pfessiõe p-
sonẽt: flammescat igne chari
ritas accẽdat ardor pxios.
P resta pater pijssime patri-
q₃ cõpar vnice: cũ spũ para-
clito regnãs per omne sclm.
Am Ad. vj. oi tẽpore. Hy⁹.
R Ector potẽs verax de
us q tẽperas rerũ vi-
ces: splẽdore mane instruis
et ignib⁹ meridiẽ. E xtingue
flãmas litiũ aufer calorẽ no
xiũ: cõfer salutẽ corporũ: ve-
rãq₃ pacẽ cordium. P resta
pater. Ad nonaz oi tpe. Hy⁹.
R Erum deus tenax vi-
gor immot⁹ in te pma
nẽs: lucis diurne tpa successi
bus determinans. L argire
clarum vespe quo vita nusq̃
decidat: sed pmiũ mortis sa-
cre phẽnis instet glia. P re-
sta pater. Ad vespas dñicis
et priuatis dieb⁹ qbus pprij
deputati non sunt: Hymnus.
D Eus creator oĩum po
liq₃ rector vestiẽs diẽ
decoro lumie noctẽ soporis
gratia. A rt⁹ solutos vt qes
reddat laboris vsui: mẽtesq₃
fessas alleuet luctusq₃ soluat
anxios. G rates peracto iaz
die et noctis ex ortu preces:
votis reos vt adiuues hym
num canẽtes soluimus. T e
cordis ima concinant te vox
canora cõcrepet: te diligat ca
stus amor te mẽs adoret so-
bria. E t cũ pfunda clause-
rit diẽ caligo noctium: fides
tenebras nesciat et nox fide
reluceat. D ormire mentem
ne sinas dormire culpa no-
uerit: castis fides refrigerãs
somni vaporem temperet.
E xuta sensu lubrico te cor-
dis alta somnient: ne hostis
inuidi dolo pauor quietos
suscitet. C hristum rogemus
et patrem christi patrisq₃ spi-
rituz: vnus potẽs per omnia
foue precãtes trinitas. Amẽ.
Ad completorium priuatis

diebus quibus proprij hymni deputati non sunt. Hymnus.

Te lucis ante terminuz rerũ creator poscim⁹: vt solita clemẽtia sis ꝓsul ad custodiaz. Procul recedant somnia ⁊ noctium fantasmata: hostẽq3 nostrũ comprime ne poluãtur corpora. Presta pater pijssime ꝑ iesuz christũ dñm: qui tecũ in ꝑpetuuz regnat cum scõ spiritu. Amẽ.

Ad complet. dñicis ⁊ festis diebus quibus ꝓprij hymni deputati non sunt. Hymnus.

Christe qui lux es ⁊ dies: noctis tenebras detegis: lucisq3 lumen crederis lumẽ beatũ predicãs. Precamur scte dñe defende nos in hac nocte: sit nobis in te requies quietã noctem tribue. Ne grauis somn⁹ irruat nec hostis nos surripiat: nec caro illi ꝯsentiẽs nos tibi reos statuat. Oculi somnũ capiãt cor ad te semp vigilet: dextera tua ꝓtegat famulos qui te diligunt. Defensor noster aspice insidiãtes reprime: guberna tuos famulos q̃s sanguine mercat⁹ es. Memento nostri dñe i graui isto corpe: qui es ꝺfensor anime adesto nobis domie. Presta pater pijssime patriq3. Ad cõpletoriũ per totum aduẽtum exceptis festis sanctorum. Hy⁹.

Quẽ terra põtus ethera colũt adorãt predicant: trinam regẽtem machinam claustrum marie baiulat. Cui luna sol ⁊ sidera deseruiunt per tẽpora: ꝑfusa celi gratia gestãt puelle viscera. Beata mater munere cuius supnus artifex: mũdum pugillo ꝯtinẽs vẽtris sub archa clausus est. Beata celi nũcio fecũda sancto spiritu: desiderat⁹ gẽtibus cuius per aluũ fusus est. Laus honor virt⁹ gloria deo patri ⁊ filio: scõ simul paraclito in sempiterna secula. Amen. Ad tertiam eisdem diebus. Hymn⁹.

Conditor alme syderũ eterna lux credẽtium: xp̃e redẽptor oiũ exaudi, ꝓces supplicũ. Qui cõdolens hoibus mortis subiectis legibus: fact⁹ hõ restituis vitã in tuo sanguine. Uergente mũdi vespere vti sponsus de thalamo: egressus honestissima virgis matris clausula. Cui⁹ forti potẽtie genu flectat̃ oium: celestiũ terrestriuz

necnō ⁊ īfernaliū. Te dep̄ca
mur agie venture iudex scl'i:
ↄſua nos ītpe quo diu sum⁹
aduene. Laus honor virt⁹
glīa deo patri ⁊ filio: sctō sil'
paclito in sempit'na scl'a. Am̄
Ad vs̄ i nat. dn̄i vsq3 ad ephiā
p̄ter festa sanctorū. Hymn⁹.
INtende qui regis isral'
super cherubin qui se/
des: appare effrē corā excita
potētiā tuā ⁊ veni. Ueni re/
dēptor gētiū ondē ptū v̄gis:
miret' oē scl'm talis decet pt⁹
deū. Nō ex virili semie sed
mistico spiramie: v̄bū dei fa/
ctū est caro fructusq3 vētris
floruit. Aluus tumescit v̄gi
nis claustrū pudoris pmāet
vexilla v̄tutū micāt v̄satur i
templo deus. Diuisio.
PRocedit e thalamo suo
pudoris aula regia: gemine
gigas sb̄stātie alacris vt cur/
rat viā. Egressus eius a pa
tre regressus ei⁹ ad patrē ex/
cursus vsq3 ad inferos: recur
sus ad sedē dei. Equalis eter/
no patri carnis tropheo cin/
gere: īfirma nostri corpis v̄/
tute firmans ppeti. Presepe
iam fulget tuū lumenq3 nox
spirat nouū: q̄d nulla nox in
terpolet fideq3 iugi sedeat.
Gloria tibi dn̄e glīa vnige/
nito. Ad complet. quottidie
vsq3 ad oct. epiphanie. Hy⁹.
ENixa est puerpa quē
gabriel p̄dixerat: quē
matris aluo gestiēs clausus
ioānes senserat. Feno iacē
ptulit p̄sepe nō abhorruit: p/
uoq3 lacte pastus ē p quē nec
ales esurit. Gaudet chorus
celestiū ⁊ angeli canunt deo:
palāq3 fit pastoribus pastor
creator oiū3. Memēto salu
tis auctor q̄d nostri quōda3
corpis: ex illibata v̄gine na/
scēdo formā sūpseris. Glo
ria tibi dn̄e qui nat⁹ es de v̄gi
ne: cu3 patre ⁊ sancto spiritu
in sempiterna secula. Amen.
Eisdem diebus ad .iij. Hy⁹.
A Solis ort⁹ cardie ad
vsq3 t're limitē: xp̄m
canam⁹ principē natū maria
v̄gine. Btūs auctor scl'i frui
le corpus iduit: vt carne car/
nē liberans ne pderet quos
ↄdidit. Caste parētis visce/
ra celestis itrat gratia: vēter
puelle baiulat secreta q̄ non
nouerat. Domus pudici pe
ctoris tēplū repēte fit dei: īta
cta nesciēs virū v̄bo cōcepit
filiū. Gloria tibi dn̄e qui na
tus es de v̄gine. ¶ In epipha

nis dñi ad lau. ⁊ ad vē. Hy⁹.

Illuminās altissimus micātiū astrorum globos: pax vita lumē vitas iesu faue pc̄atib⁹. Seu mistico baptismate flueta iordanis retro: ꝯuersa quondā tertio pñti sacraris die. Seu stella partū virginis celo micās signaueris: ⁊ hac adoratū die p̄sepe magos duxeris. Uel hidrijs plenis aque vini saporē infuderis: hausit minister ꝯscius q̄ȯ ipse nō ipleuerat. Aquas colorari vidēs inebriare flumia: mutata elemēta stupēt trāsire in vsus alteros. Sic quinqꝫ milib⁹ viris duz q̄nqꝫ panes diuidis: edētiū sub dētib⁹ i ore crescebat cib⁹. Multiplicabat magis dispendio panis suo: q̄s hec vidēs mirabit̄ iuges meatus fontiū. Inter man⁹ frāgētiū panis rigat̄ ꝓfluus: ita cta que nō fregerāt fragmenta surrepunt viri. Glia tibi dñe glia vnigenito. In noct.

Intēde q̄ regis. Ueni redēptor. Nō ex virili. Aluus tumescit. Glia tibi dñe. ¶ In q̄dragesima ad cōplet. singulis dieb⁹ vsqꝫ ad tps passiōis p̄ter festa scōꝝ.

Summi largitor. Hy⁹. p̄miȷ̄ spes vna mūdi ꝑditi: p̄ces intēde paupum ad pedes tuos flentiū. Nostra nos ꝯscia culpis accusat grauib⁹: quā emūdes supplicamus ab oīb⁹ piaculis. Si renuis q̄s tribuet idulge q̄r mitis ēs: sic corde rogamus pio certe ōbes ex ꝓmisso. Ergo accepta misticū q̄ȯ sacrasti ieiuniū: vti digne paschalia capiam⁹ sacramēta. Summa nobis hoc ꝯferat in deitate trinitas: in qua gl̄iat̄ vnus p cūcta secula deus. Amē. Ad tertiā eisdē diebus. Hy⁹.

Audi benigne cōditor nostras p̄ces cū fletib⁹: i hoc sacro ieiunio fusas q̄dragenario. Scrutator alme cordiū ifirma tu scis viriū: ad te reuersis exhibe remissionis gratiā. Multū q̄dē peccauimus sed pce ꝯsitētib⁹: ad laudē tui nōis ꝯfer medelā languidis. Sic corp⁹ extra ꝯteri dona p abstinētiā: ieiunet vt mēs sobria ab oī labe criminum. Presta btā trinitas ꝯcede simplex vnitas: vt fructuosa sint tuis ieiunioꝝ munera. Amē. Ad vespas i passiōe dñi vsqꝫ ad paschā pre

ter dñicam in ramis palma-
rũ festa q̃ sanctoꝝ. Hymn⁹.

Hymnũ dicamus dño laudes deo cũ cãtico: q̃ nos crucis patibulo suo redemit sãguine. Die decurso ad vesperũ quo xp̃s morti tradit: ad cenã venit ipi⁹ qui erat xp̃i ꝓditoꝛ. Iesus futura nũciat cenãtib⁹ discipulis: vn⁹ ex discũbẽtib⁹ ipse me traditurus est. Iudas mercatoꝛ pessim⁹ osculo petit dñz: ille vt agnus innocens non negat iude osculuz. Diuisio.

Denarioꝝ nũero xp̃s iudeis tradit: inocẽs ⁊ inoxi⁹ quẽ iudas tradit ipi⁹. Preses pilat⁹ ꝓclamat nullã culpã inuenio: ablutis aq̃ manib⁹ xp̃z iudeis tradidit. Fallaces iudei ipsĩ latronẽ petũt viuẽ: xp̃z accusant grauiter crucifigat re⁹ ẽ. Et barabas dimittit qui reus mortis fuerat: vita mundi suspẽditur per quẽ resurgunt moꝛtui. Gloꝛia tibi dñe glĩa vnigenito. Ad complet. vsq̃ ad pascha p̃ter festa scõꝝ. Hy⁹.

Crux fidelis inter oẽs arboꝛ vna nobilis: nulla silua talẽ ꝓfert fronde floꝛe germine: dulce lignum dulces clauos dulce põdus sustinẽs. Flecte ramos arboꝛ alta tensa laxa viscera: ⁊ rigoꝛ lentescat ille quẽ dedit natiuitas: vt superni mẽbra regis miti tẽdas stipite. Sola digna tu fuisti ferre secli preciũ: atq̃ poꝛtũ p̃parare nauta mũdo naufrago: quez sacer cruoꝛ pfuxit fusus agni coꝛpoꝛe. Glia ⁊ hon oꝛ deo vsquequo altissimo: vna patri filio q̃ iclito paraclito cui laus est ⁊ potestas ꝑ eterna secula. Amen. Ad tertiam ab istis sũt dies vsq̃ in ramis p̃ter festa sanctoꝛum. Hymn⁹.

Vexilla regis p̃deũt fulget crucis mysteriuz: quo carne carnis conditor suspensus est patibulo. Quo vulneratus insuper: mucrone dire lancee vt nos lauaret crimine manauit vnda sanguinis. Arbor decora fulgida ornata regis purpura: electa digno stipite taz sancta mẽbra tãgere. Beata cuius brachiis secli pependit precium: statera facta coꝛporis predãq̃ tulit tartari. O crux aue spes vnica o redemptoruz gloria: auge piis iusticiaz reisq̃ dona veniam

Te sũma deus trinitas col- laudet oĩs spiritus: quos p crucis mysterium saluas re- ge per secula. Amen. ¶ In ra mis palmaruz. Hy⁹.

Magnũ salutis gaudiũ letetur oẽ seculum: iesus re- demptor gentiũ sanauit or- bẽ languidũ. Sex ante pa- sche ferias aduenit in betha- niã: vbi pie post triduũ resu- scitauit lazarũ. Nardi ma- ria pistici sumpsit librã mox optimi: vnxit beatos dñi pe- des rigando lachrymis.

Post hec iugalis asine ie- sus supn⁹ arbiter: pullo sede bat inclitã pgebat hierosoli- mã. O quã stupenda pietas mira dei clemẽtia: sessor asel li fieri dignat auctor seculi.

Olim ppheta prescius pdi- xit almo spũ: exulta dicẽs fi- lia syon satis ⁊ iubila. Rex ecce tuus humilis noli time- re veniet: pullo iugal' psidẽs tibi benign⁹ patiẽs. Diuisio.

Ramos virentes sum- pserat palma recisos tenera: turba pcessit obuiam regi pbẽni plurima. Cetus sequens ⁊ puius scõqz plen⁹ spiritu: clamabat i altissimis osanna dauid filio. Quidã solutis strophijs viam tege- bãt vestib⁹: pluresqz flore cã- dido iter parabant domino.

Ad cuius omnis ciuitas cõ mota ingressum tremuit: he- brea ples aurea laudes fere bat debitas. Nos ergo tã- to iudici curram⁹ oẽs obuiã palmas gerẽtes gloriã mẽte canamus sobria. Honor de cus imperiũ sit trinitati vni- ce: patri nato paraclito p in- finita secula. Amen. Ad terti- am eodẽ die ⁊ tota sequenti hebdomoda. Hymnus.

Iam surgit hora tertia qua christus ascendit crucẽ: nil insolẽs mens cogi- tet intendat affectũ precis.

Qui corde xpm suscipit ĩno xium sensum gerit: votisqz p- stat sedulis sanctum mereri spiritũ. Hec hora que finez dedit diro veterno crimini: mortisqz regnũ diluit culpã- qz ab euo sustulit. Hinc iaz beata tempora christi cepe- re gratiam: fide repleuit veri tas totũ per orbẽ ecclesias.

Celso triũphi vertice ma- tri loquebatur sue: en filius mater tu⁹ apostole en mater tua. Pretenta nupte fede- ra alto docens mysterio: ne

virginis partus sacer matris pudorem lederet. Qui fidez celestibus iesus dedit mira-culis: nec credidit plebs im-pia qui credidit saluus erit. Nos credimus natum deū partūq3 virginis sacre: pec-cata qui mūdi tulit ad dexte-ram sedēs patris. Gloria ti bi domine gloria vnigenito.

In pascha ad vespas vsq3 ad ascensionem domini pre-ter festa sanctorum. Hymn⁹.

Hic est dies verus dei sancto serenus lumi-ne: quo diluit sanguis sacer probrosa mūdi crimia. Ri-dem refundens perditis ce-cosq3 visu illuminans: quem non graui soluit metu latro-nis absolutio. Qui premiū mutās cruce iesuz breui que-siuit fide: iustosq3 preuio gra du preuenit in regnum dei. Opus stupent τ angeli pe-nam vidētes corporis: chri-stoq3 adherentem reum vitā beatā carpe. Diuisio

Mysteriuz mirabile vt abluat mūdi luē: pctā tollat oīuz carnis vicia mūdās ca-ro. Quid hoc pōt sublimi⁹ vt culpa q̄rat gratiam: me-tūq3 soluat charitas reddat q3 mors vitā nouā. Hamū sibi mors deuoret suisq3 se no dis liget: moriat vita oīum: resurgat vita oīuz. Cū mors per oēs trāseat oēs resurgāt mortui: cōsumpta mors ictu suo pisse se sola gemat. Glo ria tibi dn̄e glia vnigenito.

Ad cōplet. quotidie vsq3 ad ascēsionē dn̄i pter festa bea-te marie τ scē Crucis. Hym.

Ad cenā agni ꝓuidi τ stolis albis cādidi: post trāsitū maris rubri xp̄o canam⁹ pricipi. Cui⁹ corp⁹ scissimū in ara crucis torri-dū: cruore eius roseo gustan do viuim⁹ deo. Protecti pa sche vespe a deuastāte ange-lo: erepti de durissimo pha-raonis impio. Iam pascha nostrū xp̄s est qui imolatus agnus est: sinceritatis azima caro ei⁹ oblata est. O vere digna hostia p quā fracta sūt tartara: redēpta plebs capti uata reddita vite p̄mia. Cū surgit xp̄s tumulo victor re-dit de baratro: tyrānum tru-dēs vinculo τ reserās para disuz. Quesum⁹ auctor oīuz i hoc paschali gaudio: ab oī mortis ipetu tuū defende po pulū. Glia tibi dn̄e qui sur-

rexisti a mortuis: cū patre & scō spū i sempiterna scl'a. Amē. Ad tertiā p totā heb dam pasche & in dñicis dieb⁹ & festis qbus nō laboram⁹ vsqꝫ ad ascēsionē dñi pter festa beate marie & sancte Crucis. Hy⁹.

O Horus noue hierusalē nouā melli dulcedinē: pmat coles cum sobrijs paschale festū gaudijs. Quo xp̄s iuictus leo dracone surgēs obruto: dū voce viua psonat a morte fūctos excitat. Quā deuorarat improb⁹ p̄dā refudit tartarus: captiuitate libera iesum sequunt agmina. Triūphat ille splēdide & dignus amplitudine: soli poliqꝫ patriā vnā facit rēpublicā. Ipsuz canēdo supplices regē p̄cemur milites: vt in suo clarissimo nos ordinet palatio. Per secla mete nescia patri suppremo gloria: honorqꝫ sit cū filio & spiritu paraclito. Amē. Ad vs ab ascēsione dñi vsqꝫ ad pēthecostē p̄ter festa scōꝝ. Hy.

OPtatus votis oīuz sacrat⁹ illuxit dies: quo xp̄s mūdi spes deus cōscendit celos arduos. Ascēdēs n altū dñs ppriā sedē remeans: gauisa sūt celi regna reditu vnigeniti. Magni triūphū prelij mōdi perēpto pricipe: patris p̄ntās vultibus victricis carnis gloriā. Est eleuatus nubibus & spē fecit credētibus: aperiēs paradisuz quē ptoplast⁹ clauserat. O Grande cū- Diuisio. Octis gaudiū qd part⁹ nostre virginis: post sputa flagra post crucē paterne sedi iungitur. Agamus ergo gratias nostre salutis vindici: nostrū qd corpus vexerit sublimē ad celi regiam. Sit nobis cū celestibus cōe manens gaudiū: illis qd se presentauit nobis qd se non abstulit. Nūc pnocatis actib⁹ xp̄m expectare nos decet: vitaqꝫ tali viuere que possit celos scādere. Gloria tibi dñe

Ad cōpletoriū eisdē diebus.

IEsu nostra redē- Hy⁹. ptio amor & desideriū: deus creator omniuz homo in fine tēporuz. Que te vicit clemētia vt ferres nostra crimina: crudelē mortez patiēs vt nos a morte solueres. Inferni claustra penetrans tuos captiuos redimēs: victor triūpho nobili ad dextram

patris residens. Ipsa te cogat pietas vt mala nostra superes: parcendo ꝛ voti cōpotes nos tuo vultu facies. Tu esto nostrū gaudiū qui es futur⁹ p̄miū: sit nostra i te glīa ꝑ cūcta semꝑ scl'a. Amē.

Ad tertiā eisdem dieb⁹. Hy⁹.

ETerne rex altissime redēptoꝛ ꝛ fideliū: quo moꝛs soluta depit dat triūph⁹ gratie. Scādēs tribunal glīe patris locaris dxtera: ꝛ potestatē accipis ꝑfectā sup oīa. Vt trina rerū machina celestiū terrestriū: ꝛ iferno ꝝ genua flectāt i iesu noīe. Tremūt vidētes angeli versa vice moꝛtaliū: culpat caro purgat caro regnat de⁹ dei caro. Hinc te p̄cantes q̄s ignosce culpis oīb⁹: ꝛ coꝛda sursum eleua tua supna gratia. Glīa tibi dn̄e q̄ scādis supꝛa sidera cū patre ꝛ scō spū i sēpiterna scl'a. Amē.

Ad vs. i pētecostē vsq; ad sabbatū Hy⁹.

IAm xp̄s astra ascēderat regressus vnde venerat: ꝓmissū patris munere sanctū daturus spūm. Solēnis surgebat dies quo mistico septēplici: oꝛbis volut⁹ septies signat beata tp̄a. Dū hora cūctis tertia repēte mundus itonat apostol' oꝛātib⁹. deū venisse nūciās. Diuisio.

IMpleta gaudēt viscera afflata sancto lumine: voces diuerse ꝯsonāt fantur dei magnalia. Ex oi gēte cogit grecus latinus barbarus: cūctisq; admirātibus linguis loquunt oium. Iudea tūc icredula vesana turba spū: ructare musti crapulā alūnos xp̄i ꝯcrepat. Sed signis ꝛ v'tutib⁹ occurrit ꝛ docet petr⁹: falsa ꝓfari ꝑfidos tohele teste cōpꝛobās. Glīa tibi dn̄e: gloꝛia vnigenito.

Ad cō plet. eisdē dieb⁹. Hy⁹.

BEata nob' gaudia anni reduxit oꝛbita: quo spūs paclit⁹ effulsit in discipulos. Ignis vibꝛāte lumine lingue figurā detulit: v'bis vt essent ꝓflui ꝛ charitate feruidi. Linguis loquunt oium turbe pauēt gētilium: musto madere deputāt quos spūs repleuerat. Patrata sūt hec mistica pasche peracto tp̄e: sacro dierū numero quo lege fit remissio. Te nūc deus piissime coꝛde p̄ecamur supplici: illapsa nobis celit⁹ largire dona spiritus. Duduz

sacrata pectora tua replesti gratia: dimitte nūc peccamina ꝛ da qeta tpa. Sit laus patri cū filio sancto simul paraclito: nobisq; mittat filius charisma sancti spūs. Amen

Ad.iij. eisdē diebus. Hymn⁹.

VEni creator spūs mētes tuoꝝ visita: imple supna gratia q̄ tu creasti pectora. Qui paclitus diceris donum dei altissimi: fons viuus ignis charitas ꝛ spiritalis vnctio. Tu septiformis munere dextre dei tu digit⁹: tu rite ꝑmissuz patris sermone ditans guttura. Accēde lumē sensibus infunde amorē cordib⁹: īfirma nostri corporis v̄tute firmans ꝑpeti. Hostē repellas lōgi⁹ paceq; dones ꝓtin⁹: ductore sic te p̄uio vitemus oē noxiū. Per te sciam⁹ da patrē noscam⁹ atq; filium: te vtriusq; spūm credam⁹ oi tpe. Sit laus patri.

Ad vš in festo corpis xpi ꝛ p oēs oct. ꝑter festa sctoꝝ.

PAnge lingua glīo Hy. si corpis mysteriū: sanguinisq; p̄ciosi quē i mūdi p̄ciū: fructus ventris generosi rex effudit gētiū. Nobis datus nobis natus ex itacta v̄gine: ꝛ in mūdo ꝯuersat⁹ sparso verbi semine: sui moras icolat⁹ miro clausit ordine. In supreme nocte cene recūbēs cū fratribus: obseruata lege plene cibis in legalibus: cibū turbe duodene se dat suis manibus. Verbū caro panē veꝝ v̄bo carnem efficit: fitq; sanguis xpi merū ꝛ si sensus deficit: ad firmādum cor sincerum sola fides sufficit. Tantū ergo sacramētuz veneremur cernui: ꝛ antiquum documentum nouo cedat ritui: prestet fides supplemētū sensuum defectui. Genitori genitoq; laus ꝛ iubilatio: salus honor v̄tus quoq; sit ꝛ bn̄dictio: ꝓcedēti ab vtroq; cōpar sit laudatio. Amē.

Ad nocturnos eisdē dieb⁹. Hy⁹.

VErbū supnū ꝓdiens nec patris linquens dexteraz: ad opus suū exiēs venit ad vite vesp az. Venit ad egros medicus dās salutis remedia: venit doctor saluificus alta docēs mysteria. In mortem a discipulo suis tradēdus emulis: prius in vite ferculo se tradidit discipulis. Quibus sub bina specie carnem dedit ꝛ san-

guinem: vt duplicis substãtie totum cibaret hoiem. Uni trinoqꝫ domino sit sempiterna glia: q̄ vitam sine termino nobis donet i patria. Amen.
In lb⁹ eisdē diebus. Hymn⁹.
IN diuinis opib⁹ nulla res sic mirabilis: nam nos cibat iste cib⁹ manēs indiuisibilis. Sumunt oēs ꝛ singuli sempqꝫ tota sumit: veritas hui⁹ pabuli qꝺ sũptuz nõ cõsumit. Iesus nascēs se sociũ cõuescēs in eduliũ pendēs dedit in preciũ se regnãs dat' in p̄miũ. O salutaris hostia q̄ celi pandis ostiũ bella p̄munt hostilia da robur fer auxilium. Uni trino qꝫ.
In festo ꝛ per octauaz quottidie ad completorium hymnus
CHristus lux idesiciēs cibat nos carne dulciter: ꝛ potat nos reficiēs suo sanguine pariter. Uera caro quã sumim⁹ quã assũpsit ex virgine: ver⁹ sãguis quem bibim⁹ quē effudit pro hoie. Panis iste dulcedis tot⁹ plenus ē gratie: aluo gestat⁹ virginis sũme de⁹ clemētie. Huius panis ãgelici saginemur piguedie: tã suauis viatici delectemur dulcedie. O celeste
diuiniuz o btõꝝ glia: o rex eꝭ humiliũ duc nos ad celi gaudia. Presta pater per filiuz presta per almũ spiritũ: quibus hoc das eduliuz felicem dones exitũ. Amen. Ad terciã eisdez diebus. Hymnus.
SAcris solēnijs iuncta sint gaudia ꝛ ex p̄cordijs sonēt preconia: recedant vetera noua sint oia corda voces ꝛ opera. Cena recolit xp̄i nouissima q̄ suis creditur agnũ ꝛ azima: dedisse fratrib⁹ iuxta legitia priscis indulta patrib⁹. Post agnũ tipicũ expletis epulis corpus dñicũ datũ discipulis: sic totũ oib⁹ qꝺ totũ singulis ei⁹ fatemur manib⁹. Dedit fragilib⁹ corporis ferculũ dedit ꝛ tristib⁹ sanguinis poculuz: dicēs accipite qꝺ trado vasculũ oēs ex eo bibite. Sic sacrificiũ istud ĩstituit cuius officiuz cõmitti voluit: solis presbyteris quibus sic congruit vt sumant ꝛ dent ceteris. Panis angelicus fit panis hominũ dat panis celicus figuris terminum: o res mirabil' mãducat dñz paup seru⁹ ꝛ hũilis. Te trina deitas vnaqꝫ poscim⁹ sicut nos

visitas sicut te colim⁹: ꝑ tuas semitas duc nos quo tendim⁹ ad lucē quā ībitas. Amē.

In vtroqꝫ festo scti stephani.

Stephani primi Hy⁹. martyris cātemus nouum cāticū: q̄d dulce sit psallētibus opē ferat credētib⁹. Psallam⁹ hoc discipuli laudē dicam⁹ martyris: qui primus post redēptorem xp̄i sequut⁹ est crucē. Sic eniꝫ per apostoluꝫ ꝓbatus in laude dei vexilla morte rapuit, vt preferet omnibus Diuisio. O Preferēda gl'ia o btā victoria: vt meruisset stephanus vt sequeret dn̄m. Ipse martyr egregi⁹ amore xp̄i ꝑdicās: scō replet⁹ spū vultū gerēs angelicuꝫ. Ille leuatis oculis vidit patrem cū filio: mōstrās in celis viuere quē plebs q̄rebat ꝑdē. Iudei magis seuiunt saxis cōprehēsis manibus: currebāt vt occiderēt sacratū xp̄i militē. Ille patus vīcē gaudēs suscepit lapides: rogās pro eis dn̄ꝫ: gaudēs tradidit spūm. Gl'ia tibi. In vtroqꝫ festo sci ioannis euangeliste.

AMore xp̄i no- Hy⁹. bilis ꝛ filius tonitrui: archana ioannes dei fatu reuelauit sacro. Captis solebat piscib⁹ patris senectā pascere: turbāte dū natat salo īmobilis fide stetit. Hamuꝫ ꝓfūdo merserat piscat⁹ est vbuꝫ dei: iactauit vndis retia vitā leuauit oīuꝫ. Piscis bonus pia ē fides mūdi supnatans salū: subnixa xp̄i pectore scō locata spiritu. Diuisio. IN principio erat vbū ꝛ vbū erat apud deuꝫ: ꝛ deus erat verbū: hoc erat in ꝑncipio apud deū. Oīa per ip̄m facta sunt: sed laude ipse se sonet ꝛ laureatus spū scriptis coronet suis. Cōe multis passio cruorqꝫ delictū lauans: hoc morte p̄stat martyrū q̄d fecit esse martyres. Vinct⁹ tñ ab ip̄is calēte oliuo dicit: tersisse mundi puluerē stetisse victor emuli. Gl'ia tibi dn̄e. Agnetis vgis.

AGnes beate vir- Hy⁹. ginis natalis est q̄ spiritū: celo refudit debituꝫ pio sacrata sanguine. Matura martyrio fuit matura nō duꝫ nuptijs nutabat in viris fides cedebat ꝛ fessus senex. Metu parentes territi claustrū pudoris auxerāt: soluit

forescustodie fides tenerine scia. Prodire q̄s nuptū putet sic leta vultu ducit nouas vero ferēs opes dotata cēsu sanguinis. Diuisio.

Aras nephādi numinis adolere tedis cogit: rn̄det haud tales faces sumpsere xp̄i v̄gines. Hic ignis extinguit fidē hec flāma lumen eripit: hic hic ferite vt pfluo cruore restringā focos. Percussa quā pōpā tulit nā veste se totā tegēs: curā pudoris p̄stitit ne q̄s retectam cerneret. In morte viuebat pudor vultūq; texerat manu: terrā genu flexo petit lapsu v̄ecundo cadēs. Gl'ia tibi dn̄e. In oīb' solēnitatib' scē Marie.

Mysteriū ecclesie Hy'. hymnū xp̄o referim' quē genuit puerpa v̄bum patris in filio. Sola in sexu femina electa es in sclo: ⁊ meruisti dn̄m scō portare i vtero. Vates antiq̄ tp̄is p̄dixerat q̄d factū ē: q2 v̄go ɔcipet ⁊ peret hemanuel. Mysteriū hoc magnū est marie q̄d cōcessum est: vt deū p quē oia: ex se videret pdere. Diuisio.

Preces nostras q̄s dn̄e clemēter exaudi atq3 a pctōꝝ vīculis absolutos ab omni nos aduersitate custodi. Per. In qnqgesima inuit. Quoniā deus magnus. Lectio. j.
Noe vir iust⁹ atq3 perfect⁹ fuit in generationibus suis cuz deo āmbulauit ꝛ gēuit filios tres sem cham ꝛ iaphet. Corrupta est autem terra coram dn̄o ꝛ repleta ē iniqtate. R. Quadraginta dies ꝛ noctes apti sūt celi ꝛ ex oī carne habēte spūz vite: Ingressi sūt i archaz:

clauſit a foris oſtiũ dñs. ℣. Noe
vero ⁊ filij eius vxoꝛ eius ⁊ vxoꝛes fi
lioꝛum eius. Ingreſſi. Lectio .ij.

Umqꝫ vidiſſet de⁹ ter
ram eſſe coꝛruptã oĩs
quippe caro viã ſuã coꝛrupe
rat ſup terrã dixit ad noe: fi
nis vniuerſe carnis venit co
rã me. Repleta eſt terra iniq
tate a facie eoꝝ ⁊ ego diſper
dã eos cũ terra. ℟. Edifica
uit Noe altare dño offerẽs ſup illud
holocauſtũ odoratuſqꝫ ẽ dñs odoꝛẽ
ſuauitatis ⁊ bñdixit eis: Creſcite ⁊ mł
tiplicamini ⁊ replete terrã. ℣. Ecce
ego ſtatuã pactũ meũ vobiſcũ ⁊ cũ
ſemie vr̃o p⁹ vos. Creſcite ⁊ młtipli.

Actibi archã de L.iij.
lignis leuigatis. Mã
ſiũculas in archã facias ⁊ bi
tumine linies intrĩſecus ⁊ ex
trinſecus ⁊ ſic facias eã. ℟.
Per me metipſũ iuraui dicit dñs ñ
adijciã vltra aquas diluuij ſup terrã
pacti mei recoꝛdabor: Ut ñ pdã aqs
diluuij oẽm carnẽ. ℣. Ponã arcũ
meũ i nubib⁹ celi ⁊ erit ſignũ federis
iter me ⁊ iter t̃rã. Ut nõ pdã. L.iiij.

Recentoꝛũ cubitoꝛum
erit longitudo arche ⁊
quinquaginta cubitoꝝ lati
tudo ⁊ triginta cubitoꝛũ alti
tudo illius. Feneſtram in ar
cha facies ⁊ in cubito cõſum
mabis ſũmitatẽ ei⁹. ℟. Po
nã arcũ meũ in nubib⁹ celi dixit dñs
ad noe: Et recoꝛdaboꝛ federis mei
qđ pepigi tecũ. ℣. Cũqꝫ obduxero
nubib⁹ celũ appebit arc⁹ me⁹ i nubi
bus. Et recoꝛdaboꝛ. L.v.

Stiũ aũt arche pones
ex latere deoꝛſum: cenacula
⁊ triſtega facies in ea. Ecce
ego adducam diluuiũ aquas
ſup terrã ⁊ interficiã omnem
carnẽ in qua ſpiritus vite eſt
ſub celo vniuerſa que in ter
ra ſunt cõſumẽtur. ℟. Loqu
tus eſt dñs ad abrahã dicens: egre
dere de terra tua ⁊ de cognatiõe tua
⁊ veni in terram quã monſtrauero
tibi: Et faciã te creſcere in gentẽ ma
gnã. ℣. Bñdicẽs benedicã tibi ⁊
multiplicabo te. Et faciã. Lec.vj.

Ixit dñs ad noe. ponã
fedus meũ tecũ ⁊ igre
dieris archã tu ⁊ filij tui vxoꝛ
tua ⁊ vxoꝛes filioꝛum tuoꝝ
tecum. Ex cunctis animanti
bus vniuerſe carnis bina in
duces in archã vt viuant te
cũ: maſculini ſexus ⁊ femi
nini. ℟. Dũ ſtaret abraham ad
ilicem mambꝛee vidit tres viros de
ſcendẽtes per viã: Tres vidit ⁊ vnũ
adoꝛauit. ℣. Cũqꝫ ſubleuaſſet ocu

los apparuerunt ei tres viri stantes iuxta eum. Tres vidit. Lectio. vii.

De volucrib⁹ iuxta genus suuz ꝛ de iumētis in genere suo ꝛ ex oi reptili terre ꝑm genus suuz bina de oibus igredient tecū vt possint viuere. ℟. Tentauit de⁹ abraham ꝛ dixit ad eū: tolle filiū tuū quez diligis isaac ꝛ offeres illū ibi in holocaustū Super vnū montiuz quē dixero tibi. ℣. Immola deo sacrificium laudis ꝛ redde altissimo vota tua Super vnum. Lecti. viii.

Tolles igit̃ tecū ex omnibus escis que mādi possūt ꝛ ꝑportabis apud te ꝛ erunt taz tibi ꝙ illis in cibum. Fecit ergo noe oia que precepe rat ei de⁹. ℟. Angelus dñi vocauit abrahā dicens. Ne extendas manū tuā super puerum: noui ꝗ timeas dñm. ℣. Cūqꝫ extendisset manuz ꝛ imolaret filiū ecce āgel⁹ dñi clamauit dicēs. Ne extēdas. Scđz lucā.

In illo tpe: Assumpsit iesus duodecim discipulos suos ꝛ ait illis: Ecce ascēdim⁹ hierosolimā ꝛ consūmabūt omnia que scripta sūt ꝑ ꝓphetas de filio hois. Et rel. Homel. lectio eiusdē beati gregorii pape. Lec. ix.

Redēptor noster ꝓuidēs ex passiōe sua discipuloꝝ aīmos ꝑturbādos: eis lōge ante ꝛ eiusdē passionis penā ꝛ resurrectiōis sue gloriā ꝓdicit: vt cuz morientem sicut predictū est cernerent: etiā resurrectuꝝ nō dubitarent. ℟. Deus dñi mei abraham dirige viam meam Ut cū salute reuertar in domum domini mei. ℣. Obsecro domine fac misericordiaz cū seruo tuo. Ut cum. Lec. x.

Sed qr carnales discipuli adhuc nullo mō capere valebāt verba mysterii: venit ad miraculum: ante eoꝝ oculos cecus lumē recepit: vt q̄ celestis verbi mysteria nō caperēt eos ad fidem celestia facta solidarent. ℟. Ueni hodie ad fōtē aq̄ ꝛ oraui dñm dicēs: dñe de⁹ abrahā. Tu ꝓsperū fecisti desideriū meū. ℣. Igit̃ puella cui dixero da mihi aquā de idria tua vt bibaz: ꝛ illa dixerit: bibe dñe ꝛ camellis tuis potū tribuā ipa ē quā ꝑparasti dñe filio dñi mei. Tu ꝓsperum

Sed miracula dñi L. xi ꝛ saluatoris nostri sic accipienda sūt fratres mei: vt ꝛ i vitate credant facta ꝛ tamē ꝑ significationez nobis

aliqđ innuāt. ℟. Cec⁹ sedebat secus viā trāseūte dño ⁊ clamabat ad eū ⁊ ait illi dñs: Quid vis vt faciā tibi: raboni vt videā lumē. ℣. Stās āt iesus iussit illū adduci ad se ⁊ cū apropinq̄sset īterrogauit eū dicēs: Quid.

Opera q̄ppe ei⁹ L. xij. ⁊ p potētiā aliud ostēdūt ⁊ per mysteriū aliud loquūtur. Ecce eīm quis iuxta historiā cec⁹ iste fuerit ignoramus: sȝ tamē q̄ẽ p mysterium significet nouimus. ℟. Dñe puer me⁹ iacet palitic⁹ ī domo ⁊ male torquetur: Amē dico tibi ego veniā ⁊ curabo eū. ℣. Dñe nō sū dign⁹ vt intres sub tectū meuȝ sed tantū dic verbo ⁊ sanabitur puer meus. Amen dico. Secundum Lucā.

In illo tpe: Assumpsit ihesus duodecim discipulos suos ⁊ ait illis: Ecce ascēdim⁹ hierosolimā ⁊ cōsūmabunt oīa q̄ scripta sunt per pphetas đ filio homis. Tradetur eīm gentibus ⁊ illudet ⁊ flagellabit ⁊ cōspuetur. Et postq̄ flagellauerint occident eum ⁊ tertia die resurget. Et ipsi nihil horuȝ intellexerunt. Et erat verbum istud abscōditū ab eis: ⁊ nō intelligebant que dicebant. Factū est autē cum appropinquaret hierico cecus quidaȝ sedebat secus viā mendicās. Et cū audiret turbā ptereuntē interrogabat q̄đ hoc essȝ. Dixerūt aūt ei q̄đ ihesus nazarenus transiret. Et clamauit dicens. Jhesu fili dauid miserere mei. Et q̄ preibant increpabant eum vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: fili dauid miserere mei. Stans auteȝ iesus iussit illū adduci ad se. Et cum appropinquasset interrogauit illū dicēs: Quid tibi vis faciam: At ille dixit: Dñe vt videā. Et iesus dixit illi: Respice: fides tua te saluum fecit. Et confestiȝ vidit ⁊ sequebatur illum magnificans deuȝ Et oīs plebs vt vidit dedit laudem deo. Colla. Preces nostras. vt. s. In lb⁹ aň Alla ℟. Adiutor me⁹ ℣. Dominus regnā. Ad bñs aň Cec⁹ sedebat secus viā ⁊ clamabat miserere mei fili dauid. Ad horas diei aň. Alla. Ad vš aň. Dixit dñs. ℟. Spes mea. ℣. Dirigat. Ad magt aň. Stās āt Jesus iussit cecū adduci ad se ⁊ ait illi qđ vis faciā tibi. Dñe vt videā. ⁊ Jesus ait illi ℞spice: fides tua te.

saluum fecit τ confestim vidit. τ se/
quebatur illum magnificans deum.
Feria.ij.Lectio prima
Factus ē sermo dñi di/
cens ad abrahā per visionē:
Noli timere ego ꝓtector tu/
us τ merces tua magna ni/
mis. ℞. Quadraginta. τc. Le.ij.
Dixitq; abraham ad domi
num: Dñe quid dabis mihi.
Ego vadam absq; liberis τ
filius procuratoris domus
mee iste damasc⁹ eliezer erit
heres meus. Lectio tertia.
Statiq; factus ē sermo do/
mini ad eū dicens. Non erit
heres tuus hic: sed qui egre/
dietur de vtero tuo ipm here
dem habebis. Feria.iij.L.j.
Eduxit dñs foras abra
hā τ dixit ei: Suspice
celum τ numera stellas si po
tes. Et ait illi: Sic erit semen
tuū. Credidit abrahā deo τ
reputatū est illi ad iustitiam.
Dixitq; ad euz: Ego Lec.ij.
dñs q̄ eduxi te d̄ hur caldeo
ruz vt darem tibi terrā istā τ
possideres eam. At ille ait:
Dñe deus vnde scire possuz
q̄d possessur⁹ sim eam. L.iij.
Et respondens domin⁹: su
me inquit tibi vacā triēnē τ
capram triennem τ arietē an
norum trium turturē quoq;
τ colūbam. Lectio prima.
Qui tollens vniuersa
hec diuisit ea p mediū
τ vtrasq; ptes ɔtra se alteri
secus posuit aures aūt nō di
uisit. Descenderuntq; volu/
cres sup cadauera τ abige/
bat eas abraham. Lectio.ij.
Cūq; sol occūberet sopor
irruit sup abrahā τ horror
magnus τ tenebrosus inua/
sit eum. Dictūq; est ad eum.
Scito prenoscēs q̄d peregri
num futurū sit semē tuum in
terra nō sua τ subijcient eos
seruituti τ affligent quadri/
gētis annis. Lectio tertia.
Verūtamen gentē cui serui/
turi sūt ego iudicabo τ post
hec egredientur cum magna
substātia. Tu aūt ibis ad pa
tres tuos i pace sepult⁹ in se/
nectute bona. generatiōe aūt
quarta reuertentur. huc. In
capite ieiunij ad nocturnos
Cap. Vigilate τ state i fi. τc.
Tua nos dñe p/ Colla.
tectione defende τ ab
omni semp iniqtate custodi.
Per. In lb⁹ cap. Nox pre/
cessit. Ad bñs anti. Cum ieiu/

natis nolite fieri sicut hipocrite tristes. In lb⁹ ꝛ ad.iij. Collecta.

P Resta dñe fidelib⁹ tuis: vt ieiuniorꝫ veneranda solẽnia: ꝛ cõgrua pietate suscipiãt. ꝛ secura deuotione percurrant. Per. Ad.iij. ꝛ ad vesperas. Capitulũ.

C Onuertimini ad me i toto corde vestro i ieiunio ꝛ fletu ꝛ plãctu ꝛ scidite corda vestra ꝛ nõ vestimẽta vestra ait dñs ops. Collã. Presta dñe vt.s. Ad.vj. Capitulum.

C Lama ne cesses quasi tuba exalta vocẽ tuã ꝛ annũcia populo meo scelera eorꝫ ꝛ domui iacob peccata eorũ: me ꝛ enim de die in diem querũt ꝛ scire vias meas volunt. Collecta.

Q Uesum⁹ oĩpotẽs de⁹ vt qui nostris fatigamur offensis ꝛ merito nostre iniquitatis affligimur: pietatis tue gratiam cõsequi mereamur. Per. Ad.ix Caplm.

L Auamini mũdi estote: auferte malum cogitationũ vestrarꝫ ab oclis meis. Col.

A Boibus nos q̃s dñe peccatis ppiciat⁹ absolue: vt pcepta venia pccõrꝫ liberis tibi mẽtib⁹ seruiam⁹: Ad vñ cap̃. Cõuertimini ad me. Ad magt añt. Thesaurizate vobis thesauros in celo vbi nec erugo nec tinea demolitur. Collã. Presta dñe. vt.s. Hic ordo tribus diebus sequentib⁹ tenebitur: excepto q̃ i lb⁹ ꝛ ad iij. ꝛ ad vñ pprias habebũt Collectas. Feria.v. Lectio.j.

N Ec dũ eim cõplete sunt iniq̃tates amorreorꝫ: vsq; ad pñs tẽpus. Cũ ergo occubuisset sol facta est caligo tenebrosa ꝛ appuit clibanus fumãs ꝛ lãpas ignis trãsiẽs iter diuisiões illas. L.ij.

I n die illo pepigit domin⁹ cum abraham fedus dicens: Semini tuo dabo terrã hãc a fluuio egypti vsq; ad fluuium magnum eufraten cineos ꝛ cenezeos cethmoneos ꝛ etheos ꝛ pherezeos raphaim quoq; ꝛ amorreos chananeos et gergeseos et iebuseos. Lectio tertia.

I git sarai vxor abrahã nõ genuerat liberos sꝫ hñs ancillã egyptiam noie agar dixit marito suo: Ecce cõclusit me dñs ne parerem. Ingredere ad ancillã meã si forte

saltē ex illa suscipiaz filios. Ad būs anti. Si vos manseritis in sermōe meo vere discipuli mei eritis ꝛ cognoscetis veritatem ꝛ veritas liberabit vos. Collecta In laude. ꝛ ad tertiam.

D Eus q̄ culpa offenderis penitētia placaris: p̄ces populi tui supplicātis ꝓpicius respice: ꝛ flagella tue iracūdie que ꝓ peccatis nostris meremur auerte. Per. Ad magt an̄. Ego enim ex deo processi ꝛ veni: neq; enim a meipso veni sed pater me⁹ ille me misit. Col.

P Arce dn̄e parce populo tuo: vt dignis flagellationibus castigatus: in tua miseratiōe respiret. Per.

Feria sexta Lectio .j.

C Umq; ille acqeuisset deprecanti. tulit agar egyptiā ancillā suā post annos decē q̄ habitare ceperant in terra chanaā: ꝛ dedit eā viro suo vxorem. qui ingressus est ad eā: at illa cōcepisse se videns despexit dominā suā. Le. ij.

D ixitq; saray ad abrahā: Inique agis contra me. Ego dedi ancillā meā in sinu tuo que vidēs ꝙ conceperit dispectui me habet. Judicet deus inter me ꝛ te. Lectio tertia.

C ui rn̄dēs abrahā ecce āt ancilla tua in manu tua est: vtere ea vt libet. Affligente igitur eam saray fugam init. Ad būs an̄. Me et enim de die in diem querūt ꝛ scire vias meas volunt. Collecta. In lb⁹ ꝛ ad. iij.

I Nchoata ieiunia quēs dn̄e benigno fauore ꝓsequere: vt obseruātiā quam corporal'r exhibem⁹: mētib⁹ etiā sinceris exercē valeam⁹ Per. Ad magt anti. Quare ieiunauimus ꝛ nō aspexisti: humiliuim⁹ animas nr̄as ꝛ nescisti. Col.

T Uere dn̄e populū tuū ꝛ ab omnib⁹ peccatis clemēter emūda: quia nulla ei nocebit aduersitas si nulla dominet iniquitas. Per.

Sabbato. Lec. pria.

C Umq; inueīsz illā angelus dn̄i iuxta fontē aque i solitudine q̄ est in via sur in deserto dixit ad illam: Agar ancilla saray vn̄ veīs ꝛ quo vadis: Que rn̄dit: a facie saray dn̄e mee ego fugio. L. ij.

D ixitq; ei angel⁹ dn̄i: Reuertere ad dominā tuā ꝛ humiliare sub manu sua. Et rursum multiplicās inqt multi-

plicabo semē tuū ꝛ ñ numerabit̄ p ml'titudīe ac. deiceps Ecce ait: cōcepisti ꝛ Lec.iij. pies filiū: vocabisq̄ nomen eius hismael: eo q̄ audierit domin⁹ afflictionē tuam Hic erit fer⁹ homo. Ad bñs.añ. Cum facis helemosynam nesciat. sinistra tua quid faciat dextera tua. Collecta. Jnchoata ieiunia vt.s. Ad vesperas capitulū.

Hortamur vos ne i vacuū gratiā dei recipiatis: ait eim tēpoꝛe accepto exaudiui te: ꝛ in die salutis adiuui te. ℟. Paradisi portas. Hy⁹. De⁹ creatoꝛ. ℣. Angelis suis de⁹ mādauit de te. ℟. Ut custodiant te i oib⁹ vijs tuis. Ad magt añ. Ecce nūc tp̄s acceptabile ecce nūc dies salutis: in his ergo diebus exhibeamus nos sicut dei ministros in multa patientia in vigilijs in ieiunijs ꝛ in charitate non ficta. Collecta.

Deus qui ecclesiā tuā annua quadragesime obseruatōe purificas: presta familie tue: vt quod a te obtinere abstinendo nititur: hoc bonis operibus exequatur. Per. Inuit. Ploremus coram dño deo nostro. Qui fecit nos. ps. Uenite. Hy⁹. Eterne rerum.

Jn.i.noc.añ. Domine in virtute ℣. Dicet domino susceptoꝛ me⁹ es tu. ℟. Et refugium meum de⁹ me⁹ sperabo in eum. Dñica.x. Sermo b̄ti leonis pa. L.j.

Licet nobis dilectissimi appropinquante pascha ieiuniū quadragesimale ip̄e legitimi tempoꝛis cursus indicat: cohoꝛtatio tamen nostri sermonis adhibēda est: que auxiliante domino nec inutilis sit pigris nec onerosa deuotis. ℟. Ecce nūc tp̄s acceptabile ecce nūc dies salutis: cōmēdemus nos metipsos in multa patientia: Jn ieiunijs multis per arma iusticie virtutis dei. ℣. Jn oibus exhibeam⁹ nos metip̄os sicut dei mīstros i multa patientia. Jn ieiunijs. Lec.ij.

Nā cū omnē obseruātiā nostrā ratio istoꝝ dieꝝ poscat augeri: nemo est vt ꝑfido de vobis qui se ad opus boꝛū nō gaudeat incitari. ℟. Paradisi poꝛtas aperiet nobis ieiunij tp̄s: suscipiam⁹ illō orātes ꝛ dep̄cātes: Ut i die resurrectiōis cū dño gliemur. ℣. Per arma iustitie virtut̄ dei cōmēdem⁹ nos metip̄os i mlta patiētia. Ut i die. L.iij.

Natura eniȝ nostra adhuc manente moꝛtali

tate mutabilis etiã si ad sum ma queq3 vtutũ studia pro- uehat: semper tamẽ sicut po test habere quo recidat: ita potest habere q̃ crescat. ℟. Emendemus in melius q̃ ignorãter peccauim⁹ ne subito p̃occupati die mortis q̃ram⁹ spaciũ p̃nie ꝛ inuenire non possim⁹: Attende dñe ꝛ misere re q2 peccauim⁹ tibi. ℣. Peccaui mus cũ p̃ribus nr̃is. iniuste egimus iniq̃tatẽ fecim⁹. Attende. Lec. iiij.

Et hec ẽ p̃fectoꝝ vera iusticia vt nunq̃ se p̃su mant esse p̃fectos: ne ab itine ris nõdũ finiti intẽtione ces- santes: ibi incidãt in deficien- di periculũ vbi p̃ficiendi de- posuerunt appetitum. ℟. In oib⁹ exhibeam⁹ nos metipsos sicut dei mi̅stros i mlt̃a patiẽtia. Ut nõ vi tuperet̃ misteriũ nr̃m. ℣. Ecce nũc tp̃s acceptabile: ecce nũc dies salutis nemini dãtes vllã offẽsiõe3. Ut non. In. ij. noc. añ. Dñs defensor. ℣. Ipse liberauit me de laqueo venãtiũ ℟. Et a verbo aspero. Lectio. v.

Quia nemo vestrũ dile ctissimi tã p̃fect⁹ ꝛ san ctus ẽ vt p̃fectioꝛ sanctioꝛq3 esse non possit: omnes simul sine differẽtia graduũ sine di scretiõe meritoꝝ ab his in q̃ p̄uenimus in ea que nõdũ3 app̄hẽdim⁹: pia auiditate curramus: ꝛ ad mẽsurã ↄsue tudinis nostre necessarijs ali quid addamus augmentis. ℟. In ieiunio ꝛ fletu oꝛabãt sacer- dotes dicẽtes. Parce dñe parce po pulo tuo. ꝛ ne des hereditatem tua3 in perditionem. ℣. Inter vestibu- lum ꝛ altare ploꝛabãt sacerdotes di- centes. Parce dñe. Lectio. vj.

Parum enim religiosus alio tẽpoꝛe demõstrat̃ qui i his diebus religiosioꝛ nõ inuenit̃. Unde opoꝛtune aurib⁹ nostris lectio ap̄lice predicatiõis isonuit dicens: Ecce nunc tẽpus acceptabile ecce nũc dies salutis. ℟. Ab- scondite helemosynã in sinu paup̄is ꝛ ipsa oꝛabit p̄ nobis ad dñm: Quia sicut aqua extinguit ignẽ ita helemo syna extiguit paccatũ. ℣. Honoꝛa dñ3 ð tua sb̃stãtia ꝛ ð p̃mitijs frugũ tuaꝝ da paup̄ibus. Qꝛ sicut. L. vij.

Quid enim accepti⁹ hoc tp̄e: q̃d salubꝛius his dieb⁹ i q̃b⁹ bellũ vicijs indici tur. ꝛ omniũ vtutũ p̃fect⁹ au getur. ℟. Tribularer si nescirem misericoꝛdias tuas dñe. tu dixisti no lo moꝛtem peccatoꝛis sed vt cõuerta tur ꝛ viuat. Qui cananeã ꝛ publica-

nū vocasti ad penitentiam. ℣. Et petrum lachrymantē suscepisti misericors dn̄e. Qui cana. Lectio. viij.

SEmp q̄dem tibi o aīa xp̄iana vigilādū ɔtra salutis tue aduersarium fuit: ne vllus pateret locus tentatoris isidijs: s; mlto tibi maior cautio ⁊ sollicitior ē assumēda prudētia qn̄ idem hostis tuus acriori seuit inuidia. ℟. Scaplis suis obūbrabit tibi dn̄s ⁊ sub pēnis eius sperabis: Scuto circundabit te veritas eius. ℣. Angelis suis de⁹ mandauit d̄ te vt custodiant te i oibus vijs tuis. Scuto. Ad can. an̄. Nō i solo pane viuit hō s; i oi verbo qd̄ ꝓcedit de ore dei. ℣. Scapulis suis obūbrabit tibi. ℟. Et sub pēnis ei⁹ spabis. Sm matheū.

IN illo tp̄e: Duct⁹ est iesus in desertū a spū vt tētaret a diabolo. Et cū ieiunasset quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctib⁹ postea esuriit. Et rel'. Homel. Lect. eiusdē bti greg. pape. Lec. ix.

DUbitari a quibusdā solet a q̄ spū sit ihesus ductus in desertū: ꝓpter hoc qd̄ subdit assūpsit eū diabolus in sanctā ciuitatē ⁊ rursū assumpsit eū in mōtē excelsū. ℟. Angelis suis mādauit d̄ te vt custodiāt te in oib⁹ vijs tuis. In manib⁹ portabūt te ne vnq̄ offēdas ad lapidē pedē tuū. ℣. Sup aspidē ⁊ basiliscū ambulabis ⁊ conculcabis leonē ⁊ draconem. In ma. Lec. x.

SEd vere ⁊ absq; vlla questiōe ɔuenieter accipit: vt a scō spū ductus in desertū credat: vt illuc eū suus spūs duceret: vbi hunc ad tentādū spūs malignus inueniret. ℟. Scindite corda vestra ⁊ non vestimenta vestra. Et cōuertimini ad dominum deum nostrum quia benignus ⁊ misericors ē. ℣. Reuertimini vnusquisq; a via sua mala ⁊ a pessimis cogitationibus vestris. Et ɔuertimini. Lectio. xj.

SEd ecce cum dicit deus homo vel in excelsum montē vel in sanctam ciuitatem a diabolo assumpt⁹ mēs refugit: hoc aures humāe audire expauescūt. ℟. Dn̄e de⁹ ꝯpiti⁹ esto pplo tuo. Et conuerte tribulationē nostrā in gaudiū. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster ⁊ propter honorē nominis tui dn̄e libera nos. Et conuerte. Lectio. xij.

QUi tamē nō esse incredibilia ista cognoscimus si in illo ⁊ alia facta pē-

fam⁹. Certe iniq̃ruz oiuz dia-
bolus caput ē: ⁊ huius capi-
tis mēbra sūt omnes iniqui.
℟. Dereliquat impius viā suā ⁊ vir ini
qu⁹ cogitationes suas ⁊ reuertat ad
dn̄z ⁊ miſebit ei⁹. Qz benign⁹ ⁊ mi
sericors ē p̄stabilis sup malicia dn̄s
de⁹ nr̄. ℣. Scidite corda vr̄a ⁊ n̄ ve
stimēta vr̄a ⁊ ꝯuertimini ad dn̄z deū
vr̄z Qz benign⁹. Scd̄z matheū.

In illo tēpore: Ductus
est iesus in desertum a
spiritu vt tentaretur a diabo
lo. Et cū ieiunasset quadra-
ginta diebus ⁊ quadraginta
noctibus postea esuriit. Et ac
cedēs tētator dixit ei: Si fili
us dei es dic vt lapides isti
panes fiāt. Qui respōdēs di-
xit. Scriptū ē non in solo pa
ne viuit homo sed in oi ver-
bo q̄d ꝑcedit de ore dei. Tūc
assumpsit eū dyabolus in sā
ctā ciuitatē ⁊ statuit eum su-
pra pinaculuz templi. ⁊ dixit
ei: Si filius dei es mitte te de
orsum. Scriptum est enim:
q2 angelis suis mandauit d̄
te ⁊ in manibus tollent te ne
forte offendas ad lapidē pe
dē tuū. Ait illi iesus rursum:
Scriptū: est nō tentabis dn̄z
deū tuum. Iterum assumpsit
eū dyabolus in mōtem excel
sum valde: ⁊ ostēdit ei oia re
gna mūdi ⁊ gloriā eoꝝ ⁊ di
xit illi. Hec oia tibi dabo si
cadēs adoraueris me. Tūc
dixit ei ihesus: Uade satha-
nas. Scriptū ē enim. Domi-
num deū tuū adorabis ⁊ illi
soli seruies. Tūc reliquit euz
dyabolus. Et ecce angeli ac-
cesserunt ⁊ ministrabant ei.
Collc̄a. Deus q̄ ecclesiā. vt. s̄.
In lb⁹ an̄. Cor mūdū crea in me
de⁹ sp̄ūz rectū inoua i viscerib⁹ meis
Cap̄. Bn̄dictio ⁊ cla. ℟. Par
ticipē me fac de⁹ oium timētiū te. Et
custodiētiū mādata tua. ℣. Aspice i
me ⁊ miſere mei ſ3 iudiciū diligētiū
nomē tuuz. Et custodiē. ℣. Scuto
circūdabit te veritas ei⁹. ℟. Non ti-
mebis: a timore nocturno. Ad bn̄s
an̄. Duct⁹ ē Iesus i desertū a sp̄ū vt
tētaret a dyabolo ⁊ cū ieiunasset qua
dragita dieb⁹ ⁊ q̄dragita noctib⁹ po
stea esuriit. Collc̄a. De⁹ q̄ eccl̄iā.
vt. s̄. Ad. j. an̄. Iesus aūt cū ieiu-
nasset q̄dragita dieb⁹ ⁊ q̄dragita no
ctibus postea esuriit. Ad. iij. hy⁹.
Audi benigne. Anti. In spiritu
hūilitatꝫ ⁊ in aio ꝯtrito suscipiamur
dn̄e a te ⁊ sic fiat sacrificiū nr̄m vt a
te suscipiat hodie ⁊ placeat tibi dn̄e
de⁹ Cap̄. Hortamur vos. ⁊c.

℣. Dicet dño. Colla. Deus q̄ ecclesiā. vt. s. Ad. vj. añ. Dñm deū tuum adorabis ⁊ illi soli seruies.

Frange esurienti Cap. panē tuū ⁊ egenos va gosqꝫ induc in domū tuā: cū videris nudū operi eū ⁊ car nē tuā ne despexeris ait do minꝰ ops. ℣. Ipse liberauit me.

Da nobis dñe qs Col. perseuerātē in tua vo luntate famulatū: vt in diebꝰ nostris ⁊ merito ⁊ nūero po pulus tibi seruiens augeat. Per: Ad. ix. anti. Uade sathanas nō tētabis dñz deū. Caplm.

Querite dñm dū inue niri pōt: inuocate euz dū ppe est: derelinquat ipius viā suā ⁊ vir iniquus cogita tiones suas ⁊ reuertatur ad dñz ⁊ miserebitur eius ⁊ ad deū nostrū qm̄ multus ē ad ignoscendū. ℣. Scapulis suis.

Omnes nostros. Colla. Quos dñe placatus in tende piterqꝫ nos ⁊ a pecca tis absolue propitius: ⁊ a cū ctis eripe benignꝰ aduersis. Per. Ad vs añ. Dixit dominus Cap. Hortamur vos. vt. s. ℟. Ab oi via mala prohibui pedes meos Ut custodiā mandata tua dñe ℣. A iudicijs tuis n̄ declinaui qꝛ tu legē posuisti mihi Ut cu. ℣. Ange lis suis deꝰ. Ad magt añ. Reliqt eū tētator ⁊ accesserūt āgeli ⁊ mistra bāt ei. Col. Deꝰ q̄ eccliaz. vt. s. Fer. ij. Inuitat. Uenite exul. In j. noct. añ. Rectos decet. ℣. Di cet dño. Incipit tractatus scī augustini epī d̄ p̄o centesimo decimonono. Lectio prima.

Ad te domine cū tribu larer clamaui ⁊ exau disti me: vnde illum exaudi uit vt iam cōstitueret euz ad gradus ascendendi. ℟. Ecce nunc tempus ⁊c. Lectio secūda.

Et qꝛ iam ascēsurus exau ditus quid orat. Dñe libera animā meā a labijs iniustis ⁊ a lingua dolosa. Lec. iij.

Que est lingua dolosa ha bens imaginem cōsulendi ⁊ perniciem nocēdi. Ipsi sunt qui dicunt. Et tu hoc facturꝰ es quod nemo facit. Et tu so lus eris christianus. In secū do noctur. Capitulū.

In oībus exhibeamus nosmetipsos sicut dei mini stros in multa patientia. ℣. Ipse liberauit. Collecta.

Redēptor noster aspice deꝰ ⁊ tibi nos iugit̄ fuire pce

de. Qui viuis. In lb⁹ Cap. Ecce nunc tēpus acceptabile: ecce nunc dies salutis nemini dantes vllaȝ offensionē vt non vituperetur mysteriū nostrū ℟. Participem me fac. ℣. Scuto. Ad būs anti. Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratū est ab origine mūdi. In laudibus ⁊ ad tertiaȝ. Collecta. Conuerte nos deus salutaris noster: vt nobis ieiuniuȝ quadragesimale proficiat: mentes nostras celestibus istrue disciplinis: Per. Ad tertiaȝ Capitulum. Ecce ego ipse requiraȝ oues meas ⁊ visitabo illas sicut visitat pastor gregē suū in die quādo fuerit in medio ouiū suaȝ dissipatarum. Coll'a. Conuerte nos vt.s. Ad sextam. Capituluȝ Anima que peccauerit ipsa morietur: fili⁹ n̄ portabit iniquitatē patris ⁊ pater nō portabit iniquitatē filiȷ: iusticia iusti sup euȝ erit ⁊ impietas ipiȷ erit super eum: ait domin⁹ oipotēs. ℣. Ipse liberauit me. Collecta. Exaudi q̄sum⁹ domine supplicum preces ⁊ confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus ⁊ pacem. Per. Ad nonam Capl'm. Cum auerterit se ipius ab ipietate sua quam opatus ē ⁊ fecerit iudiciuȝ ⁊ iustitiam ipse animam suam viuificabit dic̄ domin⁹ oipotēs. ℣. Scapulis suis. Coll'a. Deus qui iuste irasceris ⁊ clemēt ignoscis: afflicti populi lachrimas respice: ⁊ iraȝ tue indignatiōis quā iuste meremur ꝓpiciat⁹ auerte. Per. Ad vs̄. Capl'm. Si fuerint peccata vestra vt coccinuȝ quasi nix dealbabuntur: ⁊ si fuerit rubra quasi vermiculus velut lana alba erūt. ℟. Ab omni via mala. ℣. Angelis su. Ad magnificat an̄. Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis dicit dominus. Collecta. Absolue q̄s dn̄e nostrorū vincula peccatorū: ⁊ quicquid ꝓ eis meremur ꝓpiciatus auerte. Per. Dicoȝ do de cap. ⁊ collectis priuatꝭ dieb⁹ teneatur vsq;. Isti sunt dies, excepto q̄ proprie col

lecte ad lau. ad. iij. et ad. vj. dicantur. Feria. iij. Lectio prima.

Et si onderit alios hec facere et legerit euangeliu͂ vbi p̄cepit dn̄s hoc fieri et legerit actus apostolorum illi quid dicu͂t in lingua subdola et labijs iniq̄s. Lec. ij.

Non poteris forte iplere: multu͂ e͂ q̄d aggrederis. Alij prohibendo deterre͂t. Alij plus laudando premunt. Lec. iij.

Quia eniz talis est vita que iam occupauit mundum: ta͂ta auctoritas xp̄i e͂ vt reprehendere iaz christum nec paganus audeat: iam legit Ille reprehendi non potest quia dixit vade et vende omnia q̄ habes et distribue pauperibus et seq̄re me. Ad bn̄s an̄. Intrauit Jesus in templu͂ dei et eijciebat omnes vendentes et ementes et mensas nummulariorum et cathedras vendentium columbas subuertit. In lb' et ad. iij. Collecta.

Respice domine familiam tuaz et presta: vt apud te me͂s nostra tuo desiderio fulgeat que se carnis maceratione castigat. Per. Ad mag̃t an̄. Abijt Jesus foras extra ciuitatem in bethaniam ibiq̄z docebat eos de regno dei. Colla.

Ascenda͂t ad te domine preces nostre: et ab ecclesia tua cu͂cta͂ repelle nequitia͂. Per. Fer. iiij. Lec. j.

Christo ɔtradici n̄ pōt euangelio co͂tradici n̄ potest: reprehendi no͂ potest xp̄s: co͂uerterat se lingua dolosa ad laudem prohibente͂. Si laudas hortare. Lec. ij.

Quare laudando premis? Meli' erat vt vituperares q̄ dolose laudares. Quid enim diceres vituperando? Absit: feda vita ista est. Lectio. iij.

Sed q̄r nosti cum hoc dixeris premi te auctoritate eua͂gelica posse: conuertis te ad aliud dissuadendi genus vt lauda͂do me falso a va laude prohibeas: imo lauda͂do christuz christo p̄hibeas dicens quid hoc? Ecce illi fecerunt forte tu non poteris. Ad bn̄s an̄. Generatio hec praua et peruersa signum querit et signu͂ non dabitur ei nisi signum ione prophete. In lb' et ad tertiaz. Col.

Preces nostras quesumus domine clementer exaudi: et co͂tra cu͂cta nobis aduersantia dextera͂ tue

maiestatis extēde. Per. Ad magt añ. Sicut fuit ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus ita erit filius hoīs in corde terre.

Mentes nostras Col. quesumus dñe lumine tue claritatis illustra: vt videre possimus que agenda sūt et que recta sūt agere valeam⁹ Per. Feria. v. Lectio prima.

Incipis ascendere: cadis: mouere videt: sed species est: dolosa lingua est: venenū habet. Roga contra illam linguā si vis ascendere et dic. Domine erue animam meā a labijs iniustis et a lingua dolosa. Lectio secunda.

Dicit igitur dominus tuus quid dabitur tibi aut quid apponetur tibi ad linguam dolosam: Idest qđ habeas aduersus linguam dolosam qđ opponas lingue dolose quo te munias aduersus linguā dolosam qđ dabit tibi aut qđ apponetur. Lec. iij.

Interrogauit exercēs. Naz ipse dictur⁹ ē quod īterrogat respondit ei: subijciēs sibi interrogāti. Saggite potentis acute cū carbonibus desolatorijs vel vastatoribus. Ad bñs añ. Ego nō ab hoīe testimoniū accipio sz hoc dico vt vos salui sitis.

Deuotionē pp̄o Colla. puli tui quesumus domine benignus intende: vt q̄ per abstinentiam macerantur in corpore: per fructum boni operis reficiātur in mēte. Per. Ad magt anti. Opa que ego facio testimoniū perhibent de me quia pater me misit. Colla.

Purifica q̄s dñe tuoꝝ corda fideliū: vt a terrena cupiditate mūdati: et p̄sentis vite periculis exuātur et perpetua donatione firmētur. Per. Fer. vj. Lectio pria.

Vastatores carbones dicunt q̄ vastando et desolādo ad desolationē facile pducūt. Qui sūt isti carbones ītelligat charitas vestra prio q̄ sūt sagitte potēt acute v̄ba dī sūt. L. ij.

Ecce iaciuntur verba dei et trāsfigūt corda. Sz cū transfixa fuerit corda sagittis verbi dñi amor excitat non interitus ꝑparat. Nouit dñs sagittare ad amorem. Lec. iij.

Nemo pulchri⁹ sagittat q̄ qui verbis sagittat. Immo sagittat cor amātis vt adiu-

uet amantē: sagitte autē sunt cū agimus verbis. Ad bñs. anti. Angelus domini descendebat de celo Et mouebatur aqua ꝛ sanabatur vnus. Collecta.

Esto dñe ꝓpitius plebi tue: ꝛ quā tibi facis esse deuotā: benigno refoue miserat⁹ auxilio. Per. Ad magt anti. Domine non habeo hominē vt cū mota fuerit aqua mittat me in piscinam Collecta.

Exaudi nos misericors deus: ꝛ mētibus nostris gratie tue lumen ostēde. Per. Sabbato. L. j.

Carbōes aūt vastatores q̄ sūt: Parū ē v̄bis agere ꝯtra linguā dolosā ꝛ labia iniqua: parū est verbis agere sed exēplis agendū est. Lectio secunda.

Exēpla sunt carbones vastatores. Et quare vastatores dicuntur: Breuiter accipiat charitas vestra primo quō exēplis agēdū sit. L. iij.

Ligua subdola sic nihil nouit dicere quo magni subdola est nisi vide ne n̄ possis implere: multū est ad te hoc aggredi. Accepisti tu euangelicū p̄ceptū. habes sagittā sed carbones nōdū habes. Ad bñs añ. Assumpsit Jesus discipulos suos ꝛ ascendit in mōtem ꝛ trāsfiguratus est ante eos. Collecta.

Populū tuū dñe q̄s ꝓpici⁹ respice atq; ab eo flagella tue iracūdie clemēt auerte. Per. Ad vs. Caplm.

Rogamus vos ꝛ obsecram⁹ in dño iesu: vt quēadmodū accepistis a nobis quō vos oporteat ambulare ꝛ placere dō sic ꝛ ambulet] vt abūdet] magis. ℞. Ecce odor filij mei. ℣. Qui maledixerit. Ad magt añ. Uisionem quam vidistis nemini dixeritis donec a mortuis resurgat filius hois. Collcta.

Deus qui ꝯspicis omni nos virtute destitui: interi⁹ exteriusq; custodi: vt ꝛ ab oīb⁹ aduersitatibus muniamur in corpore ꝛ a prauis cogitationib⁹ mūdemur in mente. Per. Dominica. ij. quadragesime inuit. Adoremus deū Qui ipse fecit nos. ps. Uenite. ℣. Dicet dño. L. j.

Senuit isaac ꝛ caligauerūt oculi ei⁹ ꝛ videre nō poterat vocauitq; esau filium suū maiorē dixit ei: Fili mi: Qui respondit adsum. Cui pater. Uides iquit ꝙ se

nuerim ⁊ ignorē diem mor
tis mee. ℞. Tolle arma tua pha
retram ⁊ arcum ⁊ affer de venatio-
ne tua vt comedam. Et benedicat ti
bi anima mea. ℣. Cumq; venatu
aliqd attuleris fac mihi inde pulmē
tū vt comedā. Et benedi. Lectio.ij.
Sume inquit arma tua
pharetrā ⁊ arcū ⁊ egre
dere foras. Cūq; venatu ali
quid attuleris fac mihi inde
pulmētum sicut velle me no
sti ⁊ affer vt comedā ⁊ bene
dicat tibi aīa mea. ℞. Ecce
odor filij mei sic odor agri pleni quē
benedixit dominus. Crescere te fa-
ciat deus meus sicut arenam maris
⁊ donet tibi de rore celi benedictio-
nem. ℣. Qui maledixerit tibi sit il
le maledictus ⁊ qui benedixerit tibi
benedictionib⁹ repleatur. Crescere.
Quod cū audis- Lec.iij.
set rebecca ⁊ ille abijs-
set in agrū vt iussionē patris
expleret dixit filio suo iacob
Audiui patrē tuū loquētem
cū esau fratre tuo ⁊ dicētem
ei: affer mihi de venatiōe tua
⁊ fac cibos vt comedā ⁊ be-
nedicā tibi corā dño anteq̄
moriar. ℞. Det tibi de⁹ d rore ce
li ⁊ de pinguedie terre abūdātiā: serui
ant tibi trib⁹ populi: Esto dñs fratrū
tuorū. ℣. Et incuruentur ante te fi-
lij matris tue. Esto dñs. Lec.iiij.
Nunc ergo fili mi acqe-
sce consilijs meis ⁊ p-
gēs ad gregē affer mihi du-
os hedos optimos vt faciā
ex eis escas patri tuo quib⁹
libenter vescit. Quas cū itu
leris ⁊ comederit bñdicat ti
bi priusq̄ moriat. ℞. Dum exi
ret iacob de terra sua vidit gloriā dei
⁊ ait Quā terribilis ē loc⁹ iste nō est
hic aliud nisi dom⁹ dei ⁊ porta celi.
℣. Uere dñs ē i loco isto ⁊ ego ne-
sciebā: Quā terribilis. In.ij.noc.
añ. Ipse liberauit me. Lectio.v.
Respōdit iacob: Nosti
q esau frater me⁹ hō
pilosus sit ⁊ ego lenis. Si at
tractauerit me pater meus ⁊
senserit: Timeo ne putet me
sibi voluisse illudere ⁊ indu-
cat super me maledictionem
pro benedictione. ℞. Si dñs
deus meus fuerit mecum in via ista
per quam ego ambulo ⁊ custodierit
me ⁊ dederit mihi panē ad edendū
⁊ vestimentū quo operiar ⁊ reuoca-
uerit me cum salute: Erit mihi do-
minus in refugiū ⁊ lapis iste in signū
℣. Surgens mane iacob tulit lapi
dē ⁊ erexit in titulū fundensq; oleum
desup dixit: Erit mihi. Lectio.vj.

Ad q̄ mater: In me sit ista maledictio fili mi: tantum audi vocem meam ⁊ pergēs ad gregez affer que dixi. Abijt ⁊ attulit deditq3 matri. ℟. Erit mihi dominus in deū ⁊ lapis iste quem erexi in titulū vocabitur domus dei ⁊ de vniuersis que dederis mihi Decimas ⁊ hostias pacificas offerā tibi. ℣. Si dominus deus meus fuerit mecū in via ista per quam ego ambulo ⁊ custodierit me. Decimas. Lec. vij.

Parauit illa cibos sicut nouerat velle patrē illius ⁊ vestib⁹ esau valde bonis quas apd̄ se habebat domi induit eum: pelliculasq3 edoꝛuz circūdedit manibus ⁊ colli nuda ꝓtexit. ℟. Orauit iacob ⁊ dixit: dn̄e qui dixisti mihi reuertere i terrā natiuitatis tue Erue me de manu fratris mei qa valde eū timeo. ℣. Deus in cuius cōspectu ābulauerūt patres mei dn̄e q pascis me a iuuētute mea. Erue. Le. viij.

Deditq3 ei pulmentum ⁊ panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis dixit: Pater mi? At ille respōdit: Audio: Quis es tu fili mi? Dixitq3 iacob: Ego sum pꝛimogenitus tuus esau. Feci sicut pꝛecepisti mihi. ℟. Dixit angelus ad iacob: Dimitte me auroꝛa est. R̄ndit ei: non dimittā te nisi bn̄dixeris mihi ⁊ bn̄dixit eum in eodē loco. ℣. Ecce vir luctabaᵗ cū iacob vsq3 mane ⁊ cū vidisset q̄ euz supare nō posset dixit ad eū: Dimitte. Ad can. an̄. O mulier magna est fides tua Fiat tibi sicut petisti. ℣. Scapulis suis. Scd̄m matheū

In illo tp̄e: Egressus Jesus secessit in partes tyri ⁊ sydonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa clamabat dicēs: Miserēre mei fili dauid filia mea male a demonio vexatur. Et reliqua. Homel. lec. eiusdem beati hieronymi pꝛes. Le. ix.

Scribis ⁊ phariseis caluniatoꝛib⁹ derelictis transgreditᵘ in partes tyri ⁊ sydonis vt tyrios sydoniosq3 curaret. ℟. Vidi dn̄m facie ad faciem Et salua facta est anima mea. ℣. Et dixit mihi. Nequaqū vocaberis iacob sed israel erit nomē tuum. Et salua. Lectio decima.

Mulier aūt chananea egreditur de finibus pꝛestitutis vt clamās filie impetret salutem. Obserua q̄d i. quito decimo loco filia cha

nanee sanetur. ℟. Dũ iret iacob de bersabee ⁊ pergeret arã loquut⁹ ẽ ei de⁹ dicẽs/Terraʒ in qua dormis tibi dabo ⁊ semini tuo. ℣. Edificauit iacob ex lapidib⁹ altare in honorem dñi fũdens oleũ desuper ⁊ benedixit ei deus dicẽs: Terram. Lectio.xi.

MIserere mei domie fili dauid filia mea male a demonio vexatur. Inde nouit vocare filiuʒ dauid qꝛ egressa iaʒ fuerat de finibus suis: ⁊ errores tyriorũ ac sydonioꝛuʒ: loci ac fidei cõmutatione dimiserat. ℟. Apparuit de⁹ iacob ⁊ benedixit euʒ ⁊ dixit Ego sũ deus bethel vbi vnxisti lapidẽ ⁊ votũ vouisti mihi: Cresceꝛ te faciã ⁊ multiplicabo te. ℣. Ego deus omnipotens ãbula corã me ⁊ esto ꝑfectus. Crescere te. Lectio.xij.

FIlia mea male a demonio vexatur. Ego filiam ecclesie puto animas credentiuʒ eẽ: que male a demonio vexabãtur ignoꝛantes creatoꝛẽ ⁊ adoꝛantes lapidem. ℟. Pater peccaui in celũ ⁊ corã te iã nõ sũ dign⁹ vocari filius tuus. Fac me sicut vnũ de mercenarijs tuis. ℣. Quanti mercenarij in domo patris mei abũdant panibus: ego auteʒ hic fame pereo: surgam ⁊ ibo ad patrẽ meum ⁊ dicam ei. Fac.

Secundum matheum.

IN illo tempoꝛe: Egressus Jesus secessit in partes Tyri ⁊ Sydonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa clamauit dicens ei: Miserere mei fili Dauid filia mea male a demonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabãt eum dicẽtes: Dimitte eam quia clamat post nos. Ipse autem respõdens ait: Nõ sum missus nisi ad oues q̃ perierunt dom⁹ israel. At illa venit ⁊ adorauit eum dicẽs: Dñe adiuua me. Qui rñdit ei: Nõ est bonũ sumere panẽ filioꝝ ⁊ mittere cãib⁹. At illa dixit: Etiã domine. Nam ⁊ catelli edũt de micis que cadunt de mensa dñoꝛum suoꝛũ. Tũc respõdẽs Jesus ait illi: O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata ẽ filia ei⁹ ex illa hoꝛa. Collecta. Deus qui cõspicis. vt supꝛa. In lb⁹ añ. Dñe labia mea apies ⁊ os meuʒ annũciabit laudẽ tuã. Cap. Bñdictio ⁊ clari. ℟. Seru⁹ tuus ego sum da mihi intellectũ dñe. ℣. Ut

discam mandata tua. Da mihi: Ad bn̄s. an̄. Egressus. Jesus secessit i partes tyri ꝛ sydōis ꝛ ecce mlier chananea a finib⁹ illis egressa clamabat dicēs: Miserere mei dn̄e fili dauid Col. De⁹ q̄ ꝯspi. vt. s̄. ad. j. an̄. Accedētes discipuli Jesu ad eū rogabāt illū dicētes: dimitte eā q: clamat post nos. Ad. iij. an̄. Miss⁹ sū ad oues q̄ pierūt dom⁹ israel dicit dn̄s. Cap̄. Rogamus vos. Col. De⁹ q̄ ꝯspicis. vt. s̄. ad. vj. an̄. O mlier magna ē fides tua fiat tibi sicut petisti. Ad. ix. an̄. Cōmēdem⁹ nos metipsos i multa patiētia. in ieiunijs multis p arma iustitie. Ad. vj. ꝛ ad. ix. Cap̄. ꝛ coll. vt i pria dn̄ica. Ad. vs̄ an̄. Dixit domin⁹. Cap̄. Rogam⁹ vos R. Bonū mihi dn̄e q hūiliasti me: Bonū mihi lex oris tui sup milia auri ꝛ argēti. V. Man⁹ tue dn̄e fecerūt me ꝛ plasmauerūt me da mihi itellectū vt discam mādata tua. Bonuz mihi. Ad magt an̄. Dixit dn̄s mlieri chananee: Nō ē bonū sumere panē filioꝝ ꝛ mitter̄ canib⁹: vtiq3 dn̄e: nā ꝛ catelli edūt d micis q̄ cadūt d mēsa dn̄orū suoꝝ: ait illi Jesus: mlier magna ē fides tua fiat tibi sicut petisti. Col. De⁹ q̄ ꝯspicis. Fer. ij. Lectio. j.

SEcūdus iste ps̄ ē eoꝝ quoꝝ titulus ē cāticuz graduuz: Plures eīm sunt significātes vt iā i primo eoꝝ audistis ascensū nostꝝ q̄ fit in corde ad deuz in conualle ploratiōis idest ab humilitate contribulatiōis. Lectio. ij.

AScensus eniz vtilis nobis nō potest esse nisi primo humilitatis a conualle nobis ascendendum esse meminerimus. conuallis enim iste locus est depressus. Lec. iij.

Sicut loca terre alta mōtes ꝛ colles ita conuallis locus humilis: ne dum propere ꝛ prepostere querimus exaltari non ascendamus sed ruamus. Ad bn̄s an̄. Ego principium qui ꝛ loquor vobis. Collecta.

PResta qs̄ ops deus: vt familia tua q̄ se affligēdo carne ab alimentis abstinet: sectādo iusticiaz a culpa ieiunet. Per. Ad magt An̄. Qui me misit mecum est ꝛ nō reliquit me solum: Quia que placita sunt ei facio semper. Collecta.

ADesto supplicatiōib⁹ nostris ops deus ꝛ q̄bus fiduciam sperande pietatis indulges: consuete misericordie tribue benign⁹ effectum. Fer. iij. Lectio. pria

D Ocuit autē ipse dñs a
cōualle plorātōis ascē
dendū quando pro nobis hu
miliari vsq3 ad mortē crucis
τ pati dignatus ē. Hoc exem
plū nō relinquam⁹. Lec.ij.
I stam cōuallem plorātōis
martyres intellexerūt. Vñ i
tellexerunt? Quia τ ipsi de
cōualle ploratiōis vt corona
rentur ascenderunt. Lec.iij.
N ihil aliud istis cāticis do
cemur fratres q̄ ascendere:
sed ascēdere in corde in affe
ctu bono in fide in spe in cha
ritate in desiderio perpetui
tatis τ vite eterne. Ad bñs
añ. Unus est enim magister vester
qui in celis est Xp̄us dñs. Coll'a.
P Erfice q̄s dñe beni
gnus in nobis obser
uātie sancte subsidiū: vt q̄ te
auctore faciēda cognouim⁹:
te operāte impleam⁹. Per. Ad
magt añ. Qui maior est vestrum
erit minister vester: quia ois q se ex
altat humiliabitur dicit dñs. Coll'.
P Ropitiare dñe suppli
catōib⁹ nostris τ aiaꝝ
nostraꝝ medere langorib⁹:
vt remissione pcepta de tua
semp benedictione letemur.
Per. Feria.iiij. Lectio.j.

S I ascendit cōgruit nos
dicere quomodo ascē
dendū sit. Quanta terribilio
ra lecta de euāgelio audiuit
charitas vestra videtis cer
te quia hora dñi sicut fur in
nocte ita veniet. Lectio.ij.
S i sciret inquit paterfami
lias q̄ hora fur veniret: amē
dico vobis q2 nō pateretur
pfodi parietem suum. Dicitis
modo. Qui ergo nouit qua
hora sicut fur veniet. L.iij.
N escis qua hora vēiat semp
vigila: vt qz nescis quando
veniat patū te īueniat qñ ve
nerit. Et ad hoc forte nescis
qñ vētur⁹ ē vt semp pat⁹ sis.
Ad bñs anti. Ecce ascendimus
hierosolimam τ filius hominis tra
detur ad crucifigendum. Coll'a.
P Opulū tuū dñe ppi
ci⁹ respice: τ quos ab
escis carnalib⁹ precipis ab
stinere: a noxijs quoq3 vicijs
cessare concede. Per. Ad ma
gnificat añ. Sedere autē mecū
non est meū dare vobis sed quibus
paratū est a patre meo. Collecta.
D Eus innocētie restitu
tor τ amator dirige
ad te tuoꝝ corda fuoꝝ: vt
spūs tui feruore cōcepto: τ in

fide iuēiant stabiles ꝛ i ope efficaces. Per eūdē. Fer. v.

Illum eīm patrēfa- L. j. milias subito occupa- uit illa hora: qui paterfami- lias superbus significatꝰ est. Noli velle eē paterfamilias ꝛ non te subito illa hora oc- cupabit. Lectio secunda.

Et q̄d ero iq̄s: q̄lem audisti de psalmo. Pauper ꝛ dolēs ego sum. Si eiꝫ eris pauper ꝛ dolēs: nō eris paterfamili as: quē illa hora subito inue niet ꝛ subito ꝑmet. Lectio. iij.

Ideo dn̄s cū diceret timen- dā eē horā sicut furē noctē posuit. Et ap̄lus ita ait: q2 ho ra dn̄i sicut fur i nocte ita ve- niet. Ad bn̄s añ. Opamini n̄ ci bū q perit sꝫ q ꝑmanet i vitā eternā.

Presta nobis Coll'a. dn̄e q̄s auxiliū gratie tue: vt ieiunijs ꝛ oratōibus cōuenieñter intenti: liberemur ab hostibꝰ mētis ꝛ corporis Per. Ad magt aña. Panis enim dei est qui descendit de celo ꝛ dat vitam mundo. Col.

Adesto dn̄e famulis tu is ꝛ ꝑpetuā benignitatē lar- gire poscētibꝰ: vt his q̄ te au ctore ꝛ gub̄natore gl'iant: ꝛ ꝯgregata restaures ꝛ restau rata ꝯserues. Per. Feria. vj.

Non vis vtte in- L. j. ueniat hora dn̄i: noli esse in nocte. Filij lucis estis ꝛ filij dei. Non simus noctis neq꞉ tenebrarum. Lectio. ij.

Qui sūt filij noctis ꝛ tenebra rum. Iniqui: ipij: īfideles. Sꝫ ꝛ ipsi audiant anteꝙ̄ veniat hora ꝛ dicat illis ap̄lus: fui- stis aliquando tenebre: nūc autem lux in dn̄o. Lectio. iij.

Sicut iste p̄s habet euāgl'iū. Jam illuminati sunt mōtes: quid adhuc dormiunt? Le- uaui oculos meos in mon- tes vnde veniet auxiliū mi- hi. Ad bn̄s anti. Malos male perdet ꝛ vineam suam locabit alijs agricolis qui reddant ei fructum tē- poribus suis. Collecta.

Da q̄s omnipotēs deꝰ vt sacro nos purificante ieiu nio: sinceris mentibus ad sc̄ā vētura facias ꝑuenire. Per. Ad magt añ. Querentes euꝫ te- nere timuerunt turbas quia sicut ꝓ- phetaꝫ eum habebant. Collecta.

Da q̄s dn̄e ppl'o tuo sa lutē mēt[is] ꝛ corpis: vt bōis opibꝰ īherēdo: tue sēp virtutis mereat ꝓtectiōe de

fendi. Per. Sabbato. Lec. j.
Quid est iam illumiati sũt mõtes: Iã ortus ẽ sol iusticie: iam ab apostolis ꝑdicatũ ẽ euãgeliũ: predicate sũt scripture: patuerũt oia sacramẽta: ꝯscissum ẽ velluz: patuit secretũ templi. Le. ij.
Mõtes possunt intelligi homines magni: homies clari. Et qs maior ioãne baptista: Qualis mons erat de quo ipse dominus dicit: in natis mulieruz nemo surrexit maior ioanne baptista. Lec. iij.
Uides certe istum magnum montẽ lucẽtez: audi ꝯfitentẽ. Quid ꝯfitẽtẽ: Nos oẽs inqt de plenitudine ei⁹ accepimus. Ad bñs añ. Uadã ad patrẽ meũ ꝛ dicam ei: pater fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Collecta.
Da qs dñe nostris effectũ ieiunijs salutarez: vt castigatio carnis assũpta ad nostraꝝ vegetatõez transeat aiaꝝ. Per. Ad vs Cap.
Estote imitatores dei sicut filij charissimi: ꝛ ãbulate in dilectione sicut et christ⁹ dilexit nos ꝛ tradidit semetipm ꝓ nobis oblatiõez ꝛ hostiã deo i odorẽ suauitatis. R. Igitur ioseph. V. Miser tus. Ad magt añ. Dixit autez pater ad seruos suos cito proferte stolam primam ꝛ induite illum ꝛ date annulum in manu eius ꝛ calciamẽta in pedes eius. Colla.
Quesum⁹ oipotẽs de⁹ vota humilium respice: atqꝫ ad defensionẽ nostraz dexteram tue maiestatis extende. Per. Dñica. iij. inuitat. Uenite adoremus dominum deuz nostrum Qui fecit nos. ps. Uenite V. Dicet domino. Lec. prima.
Ioseph cũ sedecim essz annoruz pascebat gregẽ cuz fratribus suis adhuc puer ꝛ erat cum filijs baleꝫ zelphe vxorũ patris sui. Accusauitqꝫ fratres suos apud patrẽ suum crimine pessimo. Isrl autem diligebat ioseph super oẽs filios suos eo ꝙ i senectute sua genuisset euz. fecitqꝫ ei tunicã polimitam. R. Uidente ioseph a longe loquebãtur mutuo fratres dicẽtes: ecce sõniator vẽit Uenite occidam⁹ eũ ꝛ videam⁹ si ꝓsint illi sõnia sua. V. Cũqꝫ vidissent Joseph fratres sui ꝙ a patre cunctis fratrib⁹ plus amaretur oderant eũ nec poterant ei quicqꝫ pacifice loqui vñ ꝛ dicebãt. Uẽite. L. ij.

Videtes autem fratres eius q a patre cūctis fratribus plus amaret ode/ rāt eū nec poterant ei quicq̄ pacifice loq. Accidit quoqz vt visum somniū referret fratribus suis: q̄ causa maioris odij seminarium fuit. R. Dixit iudas fratrib⁹ suis ecce ismaelite trā seūt vēite venūdet: Et man⁹ nostre nō polluant: caro eīm ⁊ frater noster ē. V. Quid nobis pdest si occiderimus frēz nr̄uz ⁊ cellauerim⁹ sanguinē ipsius: melius est eniz vt venūdet Et manus nostre. Lectio. tertia.

Dixit ioseph fratribus suis: audite sōniū meū qd vidi: putabaz nos ligare manipulos i agro ⁊ quasi cō surgere manipulū meū ⁊ stare: vestrosqz manipulos cir/ cūstātes adorare manipulū meū. R. Videns iacob vestimēta ioseph scidit vestimenta sua cum fletu ⁊ dixit: Fera pessima deuorauit filium meum ioseph. V. Vide si tunica filij tui sit an non ⁊ cum vidisset pater ait. Fera. Lectio quarta.

Responderunt fratres eius: Nūquid rex noster eris aut subijciemur di/ tiōi tue: Hec ergo causa somniorum atqz sermonum: inui/ die ⁊ odij fomitem ministra/ uit. R. Igitur ioseph ductus est in egyptum Fuitqz dominus cum eo Per quem erat vir in cūctis psperē agēs. V. Misertus est eniz de⁹ il/ lius ⁊ oia ei⁹ opera dirigebat. Per. quē. V. Ipse liberauit. Lectio. v.

Aliud quoqz vidit sō/ niū qd narrās fratribus ait: Vidi per somniū q̄si solē ⁊ lunā ⁊ stellas vndeciz adorare me. R. Memēto mei dn̄ bn̄ tibi fuerit: Ut suggeras pha/ raōi vt educat me de isto carcere qz furti sblat⁹ sū ⁊ hic inocēs i lacū mis sus sū. V. Tres eni adhuc dies sūt p⁹ quos recordabit pharao misterij tui ⁊ restituet te in gradū pstinū: tūc memento mei. Ut sugge. Lec. vj.

Quod cum patri suo ⁊ fratrib⁹ retulisset icre pauit eū pater ⁊ dixit: Quid sibi vult hoc somniuz qd vi/ disti: Nū ego ⁊ mater tua ⁊ fratres tui adorabim⁹ te sup terram: R. Tollite hinc vobiscū munera ⁊ ite ad dn̄m terre ⁊ dum i/ ueneritis adorate eum sup terrā: Deus aūt meus faciat euz vobis placa/ bilē ⁊ remittat ⁊ hunc fratrē vr̄m vo biscū ⁊ eū quē tenet in vinculis. V. Tollite de frugib⁹ terre in vasis ve/ stris ⁊ deferte viro munera. Deus

Inuidebāt igit̃ **Lec.vij.** ei fratres sui: pater vo rē tacitus ꝯsiderabat. Cūqꝫ fratres ioseph ī pascēdis gregibus morarent̃ in sichen: dixit ad euꝫ isrl': Fratres tui pascūt oues in sichimis veni, mittā te ad eos. ℞. Iste est frater vester minimus de quo dixeratis mihi deus misereatur tibi fili mi: Festinauitqꝫ in domum ꝛ plorauit quia erumpebant lachrime ꝛ non poterat se ꝯtinere. ℣. Attollens aūt ioseph oculos vidit beniamin stantē cōmota sunt omnia viscera eius super fratre suo. Festinauitqꝫ in. **Lec. viij.**

Quo rñdēte p̄sto sū ait vade ꝛ vide si cuncta ꝓspera sūt erga fratres tuos ꝛ pecora ꝛ renūcia mihi q̇d agat̃. Missus de valle ebrō venit in sichen. ℞. Dixit ruben fratribus suis: nunqd nō dixi vobis nolite peccare in puerū ꝛ non audistis me. En sanguis eius exqrit̃. ℣. Merito hec patimur q2 peccauim⁹ in fratrē nostrū vidētes angustiā aīe eius dū deprecaret̃ nos ꝛ nō audiuimus. En sanguis. **Ad can. aña.** Cū imundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca inaquosa querens requiē ꝛ ñ iuenit. ℣. Scapulis suis. **Lec. sci euangelij ſm lucam.**

In illo tpe: Erat iesus eijciens demonium et illud erat mutū. Et cum eiecisset demoniū loquutus est mut⁹ ꝛ admirate sunt turbe. Et reľ. **Omel. lec. eiusdem veñ. bede p̄sbyteri. Lec. ix.**

Demoniacus iste apō matheū nō solū mutus sed ꝛ cecus fuisse narrat̃ curatusqꝫ dicit̃ a dño ita vt loqueret̃ ꝛ videret. ℞. Merito hec patimur q2 peccauim⁹ i frēm nostrū vidētes angustiā aīe eius dū deprecaret̃ nos ꝛ nō audiuim⁹: Idcirco venit super nos tribulatio. ℣. Dixit rubē fratrib⁹ suis: nunqd non dixi vobis nolite peccare i pueruꝫ ꝛ non audistis me. Idcirco. **Lec. x.**

Tria generalia signa simul in vno hoīe perpetrata sunt. Cecus videt: mutus loquit̃: possessus a demone liberat̃. ℞. Dixit ioseph vndecī frib⁹ suis: ego sū ioseph quē vendidistis i egyptū adhuc viuit pater nr̄ de quo dixeratis mihi: Ite adducite eum ad me vt possit viuere. ℣. Biennium est q᷑ fames cepit esse in terra adhuc restant alij quinqꝫ. Ite adducite. **Lec. vndecima.**

Quod tūc q̇dē carnaliter factū est sꝫ ꝛ quottidie cō,

pletur in conuersione credẽtiũ vt expulso primũ demõe fidei lumẽ aspiciãt: dinde ad laudes dei tacẽtia prius ora laxent. ℟. Nũciauerũt iacob dicẽtes: Joseph filius tuus viuit et ipse dñatur in tota terra egypti. quo audito reuixit spũs eius et dixit: Sufficit mihi vadã et videbo eũ anteq̃ moriar. ℣. Cumq̃ audisset iacob q filius eius viueret quasi de graui somno euigilãs ait: Sufficit mihi. Le. duodecĩa.

Quidã autem ex eis dixerũt: i beelzebub pricipe demoniorũ: eijcit demonia. Nõ hec aliqui de turba calũniabant, sz scribe et pharisei sic alij euãgeliste testant. ℟. Salus nostra i manu tua ẽ dñe respiciat super nos misericordia tua. Et securi seruiamus regi. ℣. Venerũt quoq̃ egyptij ad ioseph dicẽtes: da nobis alimẽta vt viuere possimus. Et se.

Secũduz lucam.

In illo tpe: Erat Jesus eijciẽs demoniũ et illud erat mutũ. Et cũ eiecisset demonium loquutus ẽ mutus et admirate sũt turbe. Quidam autẽ ex eis dixerũt: Jn beelzezub principe demonioꝝ eijcit demonia. Et alij tẽtãtes signuz de celo querebãt ab eo. Jpse autẽ vt vidit cogitatiões eorũ dixit eis. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur et domus supra domum cadet. Si autem et sathanas in semetipsum diuisus ẽ: quõ stabit regnum ipsius q2 dicitis i beelzebub eijcere me demonia. Si aũt ego in beelzebub eijcio demonia filij vestri in quo eijciunt. Jdeo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito dei eijcio dmonia profecto peruenit in vos regnũ dei. Cũ fortis armatus custodit atriũ suũ in pace sũt ea que possidet. Si autez fortior illo superueniens vicerit eum: vniuersa eius arma aufert in quibus confidebat et spolia eius distribuet. Qui ñ est mecũ aduersum me est. Et qui nõ colligit mecum dispergit. Cũ imũdus spũs exierit ab homine ambulat p loca inaquosa q̃rens requiẽ et nõ inueniẽs dicit: Reuertar i domum meaz vnde exiui. Et cũ venerit inuenit scopis mundatam. Et tũc vadit assumit septẽ alios spiritus neq̃ores se et ingressi habitãt ibi et sũt nouissima hois illius peiora

Stagnum genesareth: idē dicūt esse q̄d mare galilee vl' mare tyberiadis. Sed mare galilee ab Le. x. adiacente ꝓuincia dictū: mare tyberiadis a ꝓxia ciuitate q̄ olim genesareth vocata: sz ab herode tetrarcha istaurata i honorē tyberij cesaris tyberias ē appellata. Le. xi. Porro genesar a laci ipsius natura: q̄ crispātib⁹ aq̄s de se ipso sibi excitare auraz ꝓhi-

bet: greco vocabulo q̃si generãs aurã sibi dicit. Lect.xij.

Neqȝ eim i stagni more sternit aqua: sed frequentib' auris spirãtibus agitatur: haustu dulcis ⁊ ad potandũ habilis: sȝ hebree ligue cõsuetudine oĩs aquaꝝ cõgregatio siue dulcis siue salsa mare nũcupatur. Secundum lucã.

In illo tpe: Cum turbe irruerẽt ad iesuȝ vt audirẽt verbũ dei ⁊ ipse stabat secus stagnũ genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnũ: piscatores autez descẽderant ⁊ lauabãt retia. Ascẽdẽs aũt i vnã nauẽ que erat simonis: rogauit eum a terra reducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas. Ut cessauit autez loq̃ dixit ad simonẽ: Duc in altuȝ ⁊ laxate retia vestra i capturã. Et respõdẽs simõ dixit illi: Preceptor p totaȝ noctem laborãtes nihil cepim': i verbo autez tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent cõcluserũt piscium multitudinem copiosam. Rũpebatur autem rete eorum. Et annuerunt socijs qui erant in alia naui vt venirent ⁊ adiuuarent eos. Et venerunt ⁊ impleuerũt ambas nauiculas: ita vt mergerent. Quod cum videret simõ petrus procidit ad genua ihesu dicẽs: Exi a me q2 hõ peccator sum dñe. Stupor eim circũdederat eũ ⁊ oẽs q̃ cũ illo erãt in captura piscĩũ q̃s ceperãt. Silr aũt iacobũ ⁊ ioãnẽ filios zebedei q̃ erant socij simonis. Et ait ad simonẽ ihesus: Noli timere: ex hoc iam hoies eris capiẽs. Et subductis ad terrã nauib' relictis oibus sequuti sũt eũ. Colla.

Da nobis dñe q̃s: vt et mundi cursus pacifice nobis tuo ordie dirigat: ⁊ ecclesia tua trãq̃lla deuotiõe letet. Per. Ad bñs añt. Ascendens Jesus in naui ⁊ sedẽs docebat turbas. alla. Ad magt añ. Preceptor p totã noctem laborantes nihil cepimus in verbo aũt tuo laxabo rete. Dñica.vij. Scdm matheũ.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Amen dico vobis: nisi abundauerit iustitia vestra plus q̃s scribaꝝ ⁊ phariseoꝝ nõ intrabitis i regnuȝ celoꝝ. Et rel. Homelie eiusdẽ bti aug. epi. Lect.ix.

Iusticia phariseoꝝ est vt ñ occidãt: iusticia eorum q̄ intraturi sunt i regnũ dei vt non irascantur. Le x.
Audistis ergo inquit q2 dictũ est antiquis non occides Qui aũt occiderit: iudicio reus erit. Ego autem dico vobis q2 omnis q̄ irascit̃ fratri suo: reus erit iudicio. L. xi.
Qui autez dixerit fratri suo racha: reus erit cõcilio. Qui autez dixerit fatue: reus erit gehẽne ignis. Lectio. xij.
Quid interest iter reum iudicio ⁊ reũ ꝯcilio ⁊ reuz gehenne ignis. Scd̃m matheum.
In illo tp̃e: Dixit iesus discipulis suis: Amen dico vobis nisi abũdauerit iusticia vestra plusq̃ scribarum ⁊ phariseorum non intrabitis in regnũ celoꝝ. Audist] q2 dc̃m ẽ antiqs: Nõ occides. Qui aũt occiderit: re9 erit iudicio. Ego aũt dico vobis: q2 oĩs q̄ irascit̃ fr̃i suo re9 erit iudicio. Qui aũt dixerit fratri suo racha: re9 erit cõcilio. Qui aũt dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuuz ad altare ⁊ ibi recordat9 fueris q2 frater tuus hz aliquid aduersum te: relinque ibi mun9 tuũ ante altare ⁊ vade prius recõciliari fratri tuo. Et tũc veniens offeres mun9 tuum.
Deus qui diligẽ- Col. tib9 te bona inuisibilia p̄parasti: infũde cordib9 nostris tui amoris affectuz: vt te in oibus ⁊ sup oia diligentes p̄missiones tuas que oẽ desiderium supant ꝯseqmur. Per. Ad bñs añ. Nisi abundauerit iustitia vestra plusq̃ scribarum ⁊ phariseoꝝ non intrabitis in regnũ celorum. Ad magt añ. Si offers munus tuum ante altare ⁊ recordatus fueris q2 frater tuus habet aliqd aduersum te relinque ibi mun9 tuuz ante altare ⁊ vade prius reconciliari fratri tuo: ⁊ tunc veniens offeres munus tuum all'a. Dominica. viij.
In illo tp̃e: Cum turba multa esset cuz iesu nec hẽrẽt q̄d manducarẽt: cõuocatis discipulis ait illis. Et reliqua. Homel. lect. eiusdez veñ. bede presbyteri. Lect. ix.
In hac lectiõe ꝯsideranda ẽ: in vno eodẽq3 redẽptore nostro distincta operatio diuinitat] ⁊ humanitatis atq3 error euticet] q̄ vnã tm̃

operatione in xp̄o dogmatiza re p̄sumit: procul a xp̄ianis finibus expellendus. Le.x.

Quis eñ n̄ videat hoc q̄d sup turbā miseret dn̄s ne vl' sedia vl' vie lōgioris labore deficiat: affectū eē ⁊ cōpassio nē hūane fragilitatis: q̄ vero d' septē panibus ⁊ duob⁹ piscib⁹ q̄ttuor milia hoīuz sa turauit diuie op⁹ esse virtut]

Mistice hoc miracu- Le.xj. lo designat q̄ viā secl'i p̄ñtis alit' icolumes trāsire neq̄m⁹ nisi nos gratia redēptor] no stri alimēto sui verbi reficiat

Hoc vero typice iter L.xij. hāc refectōez ⁊ illā q̄nq3 pa num ac duorum pisciū q̄ ibi littera veteris testamenti spe ciali gratia plena esse, signa- ta est. Scd̄m marcuz.

In illo tpe: Cum turba multa esset cū iesu nec hērent q̄d manducarēt ꝯuocatis di scipl'is ait illis. Misereor sup turbā q2 ecce iā triduo susti- nent me nec hn̄t q̄d mandu- cent. Et si dimisero eos ieiu- nos in domū suā deficient in via. Quidā eñ ex eis de lō- ge venerūt. Et rn̄derūt ei di- scipuli sui: Un̄ istos poterit q̄s hic saturare panib⁹ in so- litudie. Et interrogauit eos: Quot panes hētis: Qui di- xerūt: Septē. Et p̄cepit turbe discumbere sup terraz. Et ac cipiens septē panes gratias agens fregit ⁊ dabat discipu lis suis vt apponerēt. Et ap- posuerūt turbe. Et habebāt pisciculos paucos ⁊ ip̄os be nedixit ⁊ iussit appōi. Et mā ducauerunt ⁊ saturati sunt. Et sustulerunt quod supera uerant de fragmentis septez sportas. Erāt aūt qui man- ducauerunt quasi q̄ttuor mi lia ⁊ dimisit eos. Collecta.

Deus virtutū cui⁹ ē to- tuz q̄d ē optimū: ilere pectorib⁹ nostris amorē tui nois: ⁊ p̄sta i nobis religiōis augmētū: vt q̄ sūt bona nu- trias: ac pietatis studio que sūt nutrita custodias. Per.

Ad bn̄s an̄. Cū turba multa esset cum Jesu nec haberent quod man- ducarent conuocatis discipulis suis ait illis: misereor super turbam quia iam triduo sustinent me nec habent quod manducent, alleluya all'a. Ad magt an̄. Misereor super turbaz quia ecce iam triduo sustinēt me nec habent quod manducent ⁊ si dimise

ro eos ieiunos deficient in via all'a.

Dñica.ix. Scdm matheum.

In illo tpe. Dixit Jesus discipulis suis. Attendite a falsis pphetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouiuz: itrinsecus aũt sũt lupi rapaces. Et rel. Homel. origenis de eadem lect. Lect.ix.

Quod paulo superius spaciosam ꝛ latã viaz noĩauit: hic nũc apertius falsos pphetas ostẽdit p quos multi in perditionem abominabilem abierunt. Lectio.x.

Qui prio in iudea multi apparuerunt ꝛ modo perfidia repleuerunt mundũ. Lect.xi.

Sed illi q̃ pri⁹ falsi pphete fuerũt verissimos dñi pphetas vsq₃ ad mortẽ persequuti sũt: sicut hieremiam ꝛ micheam aliosq₃ multos. Lect.xii.

Isti aũt nunc falsi pphete ꝛ falsi christiani qui sunt: veraces christiãos sine misericordia psequũt ꝛ opprimũt. Sequẽtia sci euã. Sm matheum

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis: Attendite a falsis pphetis q̃ veniunt ad vos in vestimẽtis ouiũ: intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. A fructibus eorũ cognoscetis eos. Nũqd colligũt de spinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic omis arbor bona fructus bonos facit: mala aũt arbor: fructus malos facit. Non põt arbor bona fruct⁹ malos facere: neq₃ arbor mala fruct⁹ bonos facere. Ois arbor q̃ ñ facit fructũ bonũ: excidet ꝛ in ignẽ mittet. Igitur ex fructibus eorũ cognoscetis eos. Non ois qui dicit mihi dñe dñe itrabit i regnuz celorũ: sʒ q̃ facit volũtatẽ patris mei q̃ i celis est ipe intrabit in regnũ celoꝝ. Collecta.

Deus cui⁹ pvidentia in sui dispositiõe ñ fallit te supplices exoramus: vt noxia cũcta submoueas: ꝛ oia nob̃ pfutura cõcedas. Per.

Ad bñs añ. Attendite a falsis pphetis q veniunt ad vos in vestimentis ouiũ: intrinsecus aũt sũt lupi rapaces: a fructibus eorũ cognoscetis eos

Ad magt añ. Non ois qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnũ celoru sed q facit volũtatẽ pris mei q in celis est ipse intrabit in regnũ celorũ all'a.

Dñica.x. Scdm lucaz.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. pabolã

hãc. Hõ q̃dam erat diues qui hẽbat villicum: ⁊ hic diffamatus est apud illuȝ quasi dissipasset bona ipsius. Et reliq.

Homelia lect. eiusdem beati hieronymi p̃sb. Le.ix.

Quis sit villicus iniq̃tatis qui dñi voce laudat: cuius velle scire rõneȝ ⁊ ð quo fonte processerit reuolui volumen euangelicum. Lect. x.

Et inter cetera repi ꝙ appropiquãtib⁹ saluatori publicanis ⁊ peccatoribus vt audirent eũ: murmurabant pharisei ⁊ scribe dicentes: Quare iste peccatores recipit ⁊ comedit cum eis. Lectio. xi.

Qui loquut⁹ est eis pabolã centũ ouiuȝ ⁊ vnius perdite: que inuenta pastoris humeris reportata ẽ: ⁊ cur esset ꝑposita statiȝ intulit. Lect. xij.

Dico vobis ꝙ ita erit gaudiũ i celo sup vno peccatore penitentiã agente: ꝙ sup nonagita nouẽ iust] q̃ nõ idigue rũt penitentia. Scd̃m lucaȝ.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis pabolã hanc: Hõ q̃dã erat diues qui hẽbat villicũ: ⁊ hic diffamatus est apð illũ quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illũ ⁊ ait illi: Quid hoc audio de te. Redde ratiõeȝ villicatiõis tue. Jã eiȝ ñ poteris villicare. Ait autẽ villicus intra se. Quid faciaȝ q2 dñs meus aufert a me villicationẽ. Fodere non valeo: mendicare erubesco. Scio q̃d faciam: vt cũ amot⁹ fuero a villicatiõe recipiãt me in domos suas. Cõuocat] itaꝗ singulis debitorib⁹ dñi sui dicebat primo: Quãtũ debes dño meo. At ille dixit: Centuȝ cados olei. Dixitꝗ illi: Accipe cautioneȝ tuam ⁊ sede cito ⁊ scribe quinquaginta. Deinde alio dixit: Tu vero quãtũ debes. Qui ait: Centũ choros tritici. Ait illi: Accipe lr̃as tuas ⁊ scribe octoginta. Et laudauit dominus villicũ iniquitat] q2 prudẽter fecisset: q2 filij hui⁹ sc̃li prudentiores filijs lucis i generatiõe sua sunt: Et ego vobis dico: Facite vobis amicos ð mãmona iniq̃tatis: vt cum defeceritis recipiãt vos in eterna tabernacula. Col.

Largire nobis dñe q̃s semp spũm cogitãdi q̃ recta sunt ꝓpiti⁹ ⁊ agendi: vt

q̄ sine te eē n̄ possum⁹: ſm te viuere valeamus. Per. Ad bñs.añt. Dixit dñs villico: quid hoc audio de te redde rationē villicationis tue alleluia. Ad magt'añ. Quid faciam qꝛ dñs meus aufert a me villicationē: fodere nō valeo: mēdicare erubesco: scio quid faciam vt cū amotus fuero a villicatione recipiant me in domos suas. Dominica.xj. Secundū lucaz.

In illo tp̄e: Cum appropinquaret iesus hierusalē: vidēs ciuitatē fleuit sup illam dicēs: qꝛ si cognouisses ⁊ tu. Et reliq̄. Homel. lect. eiusdē beati gregoꝝ pape. Lect.ix.

Lectiōē breuē sci euangelij breuisi possuʒ volo sermōe pcurrere: vt illis ita plixioꝛ def intentio q̄ sciunt ex paucis m̄lta cogitare.

Quod flente dño illa L.x. hierosolimoꝝ subuersio describatur que a vespasiāo ⁊ tito romanis pꝛincipibus facta ē: nullus q̄ histoꝛiā euersionis eiusdem legit ignoꝛat.

Romani enim pꝛincipes denunciātur cum subditur: quia venient dies in te ⁊ circundabunt te inimici tui vallo: ⁊ circūdabūt te ⁊ coāgustabunt te vndiqꝫ ⁊ ad terram posternent te ⁊ filios tuos qui in te sunt. Lectio.xij.

Hoc quoqꝫ quod additur ⁊ nō relinquent in te lapidē supee lapidem etiam ipsa iā eiusdē ciuitatis transmigratio testatur. Scdm lucam.

In illo tempoꝛe: Cum appropinquaret iesus hierusalem videns ciuitatē fleuit super illā dicens: quia si cognouisses ⁊ tu. Et quidē in hac die tua que ad pacem tibi: nunc autem abscōdita sūt ab oculis tuis quia venient dies in te ⁊ circundabunt te inimici tui vallo ⁊ circundabunt te ⁊ coangustabunt te vndiqꝫ: ⁊ ad terram proſternent te ⁊ filios tuos qui in te sunt. Et nō relinquēt in te lapidem super lapidē: eo q̄ non cognoueris tempus visitationis tue. Et ingressus in templum cepit eijcere vendentes in illo ⁊ ementes dicens illis. Scriptum est qꝛ domus mea domus orationis vocabitur: vos autē fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. Collecta.

Pateāt aures misericordie tue domine precib⁹ supplicantiū: ⁊ vt petētibus desiderata cōcedas: fac eos que tibi sūt placita postulare. Per. Ad bñs.añt. Cū appropinquaret dominus hierusalez videns ciuitatem fleuit super illaz ⁊ dixit: quia si cognouisses ⁊ tu quia venient dies in te ⁊ circundabunt te ⁊ coangustabunt te vndiq3 ⁊ ad terram prosternent te eo q᷑ non cogno uisti tempus visitationis tue alleluya. Ad mag.t añ. Scriptum est enim quia domus mea domus orationis est cunctis gentibus: vos autem fecistis illam speluncam latronum ⁊ erat quottidie docēs in templo. Do minica.xij. Secundum lucā.

In illo tpe: Dixit iesus ad quosdā qui in se cōfidebant tāquā iusti ⁊ aspernabant ceteros pabolā istā. Et rel. Domel.lect.eiusdem veñ.bede presbyteri. Lect.ix.

Quia parabolā dominus qua semper orāre ⁊ nō deficere docebat: ita conclusit: vt diceret veniente iudice difficile fidem in terra reperiendam. Lectio.decia.

Ne quis sibi forte ꝺ sup̄ua sua fidei cognitione vł etiaz fidei confessione blandiret: mox altera iūcta parabola diligētius ostēdit a ꝺo fidei verba nō examināda sꝫ ope ra: iter que nimirꝫ opa maxi me regnat hūilitas. Le.xj.

Unde ⁊ supra cuz fidez gra no sinapis minuto quidē: sꝫ ex contritiōe flagranti ꝯpararet: quasi exponēdo subiū xit. Cū feceritis oia que pre cepta sūt vobis dicite. Serui inutiles sumus. Lectio.xij.

Quo ꝯtra superbi cum nequaquā oia sed modicū q̄d eorū que p̄cepta sūt faciant: nō solū mox de sua iusticia ꝑsumūt: sed ⁊ ifirmos quosq3 despiciunt. Scdm lucaz.

In illo tēpore: Dixit iesus ad quosdā qui i se cōfidebant tanq̄ iusti: ⁊ aspnabantur ceteros parabolam istam. Duo homies ascē derunt in templuz vt orarēt: vnus phariseus ⁊ alter publicanus: Phariseus stans hec apud se orabat. De⁹ gratias ago tibi: quia nō sum sicut ceteri hominuz raptores iniusti adulteri velut etiam hic publicanus. Jeiuno bis in sabbato: decimas de om

nium que possideo. Et publicanus a lõge stans nolebat nec oculos ad celum leuare: sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis descendit hic iustificatus ab illo i domũ suã quia oĩs qui se exaltat hũiliabitur. Et q̃ se hũiliat exaltabit. Colle.

Deus qui omnipotẽtiã tuã parcendo maxie 7 miserando manifestas: multiplica sup nos gr̃iam tuã: vt ad tua pmissa currentes celestium bonorũ facias eẽ cõsortes. Per. Ad bñs añt. Stãs a longe publicanus nolebat oculos ad celum leuare: sed percutiebat pectus suum dicẽs: deus propitius esto mihi peccatori. Ad magt anti. Omnis qui se exaltat humiliabitur 7 qui se humiliat exaltabitur. Dominica. xiij. Scdm marcum.

In illo tẽpore: Exiens iesus d finibus tyri venit p sydonem ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducũt ei surdũ 7 mutuz 7 deprecabãtur euz vt imponat illi manũ. Et reliqua. Homelia lect. eiusdem vẽn. bede presbyteri. Le. ix.

Surdus ille 7 mut⁹ quẽ mirabiliter curatuz a domino: modo cum euangelium legeret audiuimus: genus designat humanũ in his qui ab erroribus diabolice deceptiõis diuina merentur gratia liberari. Lect. decima.

Obsurduit nãq homo ab audiendo vite verbo: postq̃ mortifera serpẽtis verba cõtra deũ mut⁹ audiuit. L. xi.

Mutus a laude conditoris effectus est ex quo cum seductore colloquiuz habere presumpsit. Lectio duodecima.

Et merito clausit aures ab audiẽda iter angelos laude creatoris: quas ad audiẽdã eiusdem creatoris vituperationem sermonibus hostis incautus apuit. Scdz marcũ.

In illo tẽpore: Exiens ihesus de finib⁹ tyri venit per sydonem ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducunt ei surdum 7 mutũ. 7 deprecabantur eum vt imponat illi manũ. Et apprehendẽs eum de turba seorsum misit digitos suos in auriculas eius: 7 expuens tetigit linguam eius.

Et suspiciēs in celū ingemuit ⁊ ait illi: Effeta:˙ qđ ē adaperire: Et statim aperte sunt aures eius ⁊ solutum est vinculum lingue eius ⁊ loquebať recte. Et pcepit illis ne cui dicerent. Quāto autē eis precipiebat: tanto magis plus predicabant ⁊ eo ampli⁹ admirabantur dicentes. Bene omnia fecit ⁊ surdos fecit audire ⁊ mutos loq̄. Collā.

Omnipotēs sempiterne de⁹ qui abūdantia pietatis tue ⁊ merita supplicum excedis ⁊ vota: effunde super nos misericordiam tuam: vt dimittas que cōsciētia metuit ⁊ adiicias qđ oratio non presumit. Per. Ad bñs anti. Quāto eis precipiebat tanto magis plus predicabant ⁊ eo amplius admirabantur dicētes: bene omnia fecit: ⁊ surdos fecit audire ⁊ mutos loqui. Ad magnificat. añ. Bene omnia fecit: ⁊ surdos fecit audire ⁊ mutos loqui. Dominica .xiiij. Secūdū lucam

In illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis: Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico enim vobis q multi prophete ⁊ reges voluerunt videre: q̄ vos videtis: ⁊ nō viderūt: ⁊ audire que auditis: ⁊ non audierūt. Et reľ. Homel. lect. eiusdē beati ambrosij epi. Le. ix.

Ex ipso primo legis capitulo docet iesus esse legis ignaros ipsos qui sibi legis periti esse videtur: qui verba legis tenent ⁊ vim legis ignorāt. Lectio dcima.

Probans iesus q in principio stati lex ⁊ patrē ⁊ filiū predicauerit: incarnationis quoq dominice annūciauerit sacramentum dicens: diliges dominum deum tuū ⁊ diliges proximum tuum sicut teipm. Lectio vndecima.

Unde ait ad legis peritum: hoc fac ⁊ viues. At ille qui nesciebat proximū suum qa non credebat in xpm rñdit: Et quis ē meus proximus:˙ Ita q̄ xp̄m nescit: nescit ⁊ legem. Le. xij. Quomodo potest scire legem qui veritatē ignorat cum lex annūciet veritatē:˙ Secundum lucam.

In illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis: Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico enim vo

bis qꝫ multi pphete ⁊ reges voluerunt videre q̄ vos videtis ⁊ non viderũt ⁊ audire q̄ vos auditis ⁊ nõ audierũt. Et ecce quidã legis peritus surrexit: tentãs illũ ⁊ dicens: Magister quid faciendo vitã eternã possidebo? At ille dixit ad eũ: In lege quid scriptum est. Quomodo legis? Ille respondens dixit: Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo ex tota anima tua ⁊ ex omnibus viribus tuis ⁊ ex omni mente tua. ⁊ proximum tuum tanq̄ teipsum. Dixitqꝫ illi. Recte respõdisti. Hoc fac ⁊ viues. Ille autem volens iustificare seipsum dixit ad iesum: Et quis est meus pximus? Suspiciens autẽ Jesus dixit: Homo quidã descendebat ab hierusalem in hierico ⁊ icidit in latrones qui etiam dispoliauerũt eum: ⁊ plagis impositis abierũt semiuiuo relicto. Accidit autem vt sacerdos quidam descẽderet eadem via ⁊ viso illo preteriuit. Similiter ⁊ leuita cũ esset secus locum ⁊ videret euꝫ pertrãsijt. Samaritanꝰ autẽ quidaꝫ iter faciẽs venit secus eũ ⁊ videns euꝫ misericordia motus est. Et appropians alligauit vulnera eius infundẽs oleũ ⁊ vinum. Et imponens illũ in iumentuꝫ suum duxit in stabulum ⁊ curaꝫ eius egit. Et altera die protulit duos denarios ⁊ dedit stabulario ⁊ ait: Curã illius habe. Et q̄dcunqꝫ supererrogaueris ego cuꝫ rediero reddã tibi. Quis horum triũ videtur tibi proximus fuisse illi qui icidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Jesus vade ⁊ tu fac similiter. Collecta.

Omnipotens ⁊ misericors deus: de cuius munere venit vt tibi a fidelibus tuis digne ⁊ laudabiliter seruiatur: tribue quesumus nobis: vt ad promissiões tuas sine offensione curramus. Per.

Ad bñs añ. Homo quidam descendebat ab hierusalem i hierico ⁊ incidit in latrones qui etiam despoliauerunt eum ⁊ plagis ĩpositis abierũt semiuiuo r̄licto. Ad magt añ. Quis tibi videtur proximus fuisse illi qui incidit in latrones? Et ait ille qui fecit misericordiam in illo vade

ꝛ tu fac similiter, alleluya. Dominica.xv. Secundum lucam.
IN illo tēpore. Dū iret Jesus i hierusalez transibat p mediā samariaz ꝛ galileā. Et cū ingrederet quoddaz castellū occurrunt ei dece viri leprosi. Et reliq. Homelia lect. eiusdem ven. bede presbyteri. Lectio.ix.
LEprosi nō absurde intelligi possunt: q̄ scientiaz vere fidei nō habentes, varias doctrinas profitent erroris Non enim vel abscondūt iperitiā suā: sed pro summa peritia pferūt in lucez: ꝛ iactantiā sermonis ostentāt. L.x. Nulla porro falsa doctrina est que non aliqua vera intermisceat. Lect.xj. Lect.xij. Uera ergo falsis inordinate permixta in vna disputatione vel narratione homis tanq̄ in vnius corporis colore apparentia significāt lepram tanq̄ veris falsis qꝫ locis colorem humana corpora variantem atqꝫ maculantem. Secundū lucam.
IN illo tēpore: Dū iret Jesus in hierusalē transibat per mediā samariā ꝛ galileam. Et cū ingrederet quoddā castellum occurunt ei decez viri leprosi. Qui steterūt a longe ꝛ leuauerūt vocē dicentes: Jesu preceptor miserere nostri: Quos vt vidit dixit: Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent mūdati sūt. Unus autē ex illis vt vidit quia mundatus est regressus est cuz magna voce magnificās deum Et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens. Et hic erat samaritanus. Respōdens autem Jesus dixit: Nonne decē mundati sunt ꝛ nouē vbi sunt. Nō est inuentus qui rediret ꝛ daret gloriam deo nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge vade q̄a fides tua te saluum fecit. Col.
OMnipotens sēpiterne deus: da nobis fidei spei ꝛ charitatis augmentū: ꝛ vt mereamur asseq̄ qđ promittis fac nos amare qđ precipis. Per. Ad bñs anti. Cū ingrederetur Jesus quoddā castellū occurrerunt ei decem viri leprosi qui steterunt a longe: ꝛ leuauerunt vocē dicentes: Jesu preceptor miserere nostri. Ad mag. an. Nonne decem

mundati sunt ꝛ nouem vbi sunt: nõ est inuentus qui rediret ꝛ daret gloriam deo nisi hic alienigena: vade quia fides tua te saluū fecit alleluya.

Dñica.xvj. Scḋm matheū.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis: Nemo potest duobus dominis seruire. Et reliqua. Homel. lect. eiusdē beati hieronymi presbyteri. Lectio.ix.

Mammona sermõe syriaco diuitie nũcupant. Non potestis deo ſuire ꝛ mãmõe. Audiat hoc auarus: Le.x. audiat qui censetur vocabulo xp̄iano nõ posse simul diuitijs xp̄oq; seruire. Et tamē non dixit qui habet diuitias sed qui seruit diuitijs. Le.xj. Qui enim diuitiaruꝫ seruus ē diuitias custodit vt seruus Qui enim seruitutis excussit iuguꝫ: distribuit eas vt dñs. Ne sollicitisitis aīe Le.xij. vestre quid mãducetis neq; corpori vestro quid īduamini. In nonnullis codicibꝰ additum est neq; quid bibatis.

Secunduꝫ matheum.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis: Nemo potest duobꝰ dñis seruire. Aut eīm vnū odio habebit ꝛ alteruꝫ diliget: aut vnū substinebit ꝛ alterū ꝯtēnet. Non potestis deo seruire ꝛ mãmone. Ideo dico vobis ne solliciti sitis anime vestre quid manducetis neq; corpori vestro quid induamini. Nonne aīa plus est q̃ esca ꝛ corpꝰ plus q̃ vestimentum. Respicite volatilia celi quoniam non serunt neq; metūt neq; ꝯgregant in horrea ꝛ pater vester celestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis. Quis autē vestrū cogitãs pōt adijcere ad staturã suã cubitum vnū. Et de vestimento quid solliciti estis. Considerate lilia agri q̄o crescunt. Non laborãt neq; nent. Dico autē vobis q̄ nec salomõ i omni gloria sua coopertus ē sicut vnū ex istis. Si autem fenuꝫ agri qḋ hodie ē ꝛ cras in clibanum mittitur deꝰ sic vestit: quanto magis vos minime fidei. Nolite ergo solliciti eē dicentes: Quid manducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur. Hec omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester quia his omni-

bus indigetis. Querite ergo primũ regnũ dei ⁊ iustitiã ei⁹ ⁊ hec oia adijcient vob. Col.

C Ustodi dñe q̄s ecclĩã tuã ꝓpitiatiõe ꝑpetua ⁊ quia sine te labitur humana mortalitas tuis semꝑ auxilijs ⁊ abstrahatur a noxijs ⁊ ad salutaria dirigatur. Per. Ad bñs añ. Nolite solliciti esse dicẽtes: quid mãducabim⁹ aut quid bibem⁹ scit enim pater vester celestis qd uobis necesse sit alleluia. Ad magt añ. Querite primum regnũ dei ⁊ iustitiã eius: ⁊ hec omnia adijcient vobis alla. Dñica.xvij. Secundum Lucam.

I N illo tempore: Ibat iesus in ciuitatem que vocatur naym ⁊ ibant cũ illo discipuli eius ⁊ turba copiosa. Et reliqua. Homelia lectionis eiusdẽ venerabilis Bede presbyteri. Lectio.ix.

N Aym ciuitas est galilee in secũdo miliario thabor mõtis cõtra meridiem iuxta endor: qui est vicus grãdis in q̄rto miliario eius dẽ mõtis ad meridiẽ. Lec.x.

C um autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris sue. Lectio.xj.

D efunct⁹ hic qui extra portam ciuitatis multis est intuentibus elatus significat hominem letali criminum funere soporatum. Lectio.xij.

T ãdemq̄ insuꝑ anime mortem non cordis adhuc cubili tegentem: sed ad multorũ notitiam per locutionis operisue inditiũ quasi per sue ciuitatis ostia ꝓpalãtẽ. Secũ dum lucam.

I N illo tẽpore: Ibat iesus in ciuitatem que vocat naym: ⁊ ibant cum illo discipuli eius ⁊ turba copiosa. Cum autẽ appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebat filius vnicus matris sue. Et hec vidua erat ⁊ turba ciuitatis multa cũ illa. Quã cũ vidisset dñs: misericordia motus super eam dixit illi: Noli flere. Et accessit ⁊ tetigit loculum. Hi autem qui portabant steterunt. Et ait: Adolescens tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus ⁊ cepit loqui. Et dedit illũ matri sue Accepit aũt omnes timor ⁊ magnificabãt deum dicẽtes: Quia propheta magn⁹ surrexit in nobis: ⁊ quia deus visitauit plebẽ suam. Colla.

Ecclesiam tuam domine miseratio ꝯtinuata mũdet ⁊ muniat: ⁊ q2 sine te nõ põt salua cõsistere: tuo semp munere gubernet. Ad bñ. añ. Accessit autem iesus ⁊ tetigit loculum: hi autem qui portabant steterunt ⁊ ait iesus: adolescens tibi dico surge: ⁊ resedit qui erat mortuus alleluia. Ad magt. añ. Accepit autẽ omnes timor ⁊ magnificabant deuz dicentes: q2 ꝓpheta magn⁹ surrexit i nob ⁊ q2 de⁹ visitauit plebẽ suã

Dñica. xviij. Secundũ lucã.

In illo tẽpore: Cum intraret iesus in domum cuiusdã principis phariseorũ sabbato manducare panem ⁊ ipsi obseruabant euz: Et reliq. Homel. lec. eiusdem vene. bede presbyteri. Lec. ix.

Hydropis morbus ab aquoso humore vocabulum trahit: grece enim hydor aqua vocat. Lect. x.

Est autem humor succutaneus de vicio vesice natus: cũ inflatõe turgente ⁊ anhelitu fetido. Lectio vndecima.

Proprium q̃ ẽ hydropici: q̃to magis abũdat hũore iordiato tãto ãpli⁹ sitire. Le. xij.

Et ideo recte cõparatur ei quẽ fluxus carnalium voluptatum exuberans aggrauat: comparatur diuiti auaro Secundum lucam.

In illo tẽpore: Cum intraret iesus i domũ cuiusdaz principis phariseorũ sabbato manducare panem ⁊ ipsi obseruabant eũ. Et ecce homo quidaz hydropicus erat ante illum. Et respõdens iesus dixit ad legisperitos ⁊ phariseos dicens. Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehẽsum sanauit eum ac dimisit. Et respondens ad illos dixit. Cuius vestrũ asinus aut bos i puteum cadit ⁊ non cõtinuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant adhuc respondere illi. Dicebat autem ⁊ ad inuitatos parabolã: intendens quomodo primos accubit⁹ eligerent dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias non discũbas in primo loco ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo ⁊ veniens is qui te ⁊ illum vocauit dicat tibi da huic locum ⁊ tunc incipias cum rubore nouissimũ locum tenere. Sed cum vocatus fueris: vade ⁊ recũbe in nouissimo

loco: vt cum venerit qui te inuitauit dicat tibi. Amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discū-bētibus quia oīs qui se exal tat humiliabitur: ⁊ qui se hu miliat exaltabitur. Collecta

Tua nos domine q̄sumus gratia semper ⁊ preueniat ⁊ sequatur: ac bonis operibus iugiter prestet esse intentos. Per. Ad bñs. añt. Dixit iesus ad legis peritos ⁊ phariseos si licet sabbato curare: at illi tacuerunt: ipse vero apprehendens hydropicum sanauit eum ac dimisit. Ad magt añt Cum vocatus fueris ad nuptias recūbe in nouissimo loco vt dicat tibi qui te inuitauit amice ascende superius: tunc erit tibi gloria coram simul discūbētibus alleluia. Dominica.xix. Scdm mattheum.

In illo tēpore: Conuenerūt pharisei in vnum ⁊ interrogauit iesum vnus ex eis legis doctor tentans eum. Magister q̄d est mandatum magnum in lege? Et reliqua. Homelia lec. eiusdem beati ioannis epi. Lectio .ix.

Conuenerunt vt multitudine vincerēt: quem ratione superare non poterant. A veritate se esse nudos professi sunt qui multitudine se armauerunt. Lectio.x.

Dicebāt enim apud se: vnus loquat̄ pro omnibus ⁊ omnes loquamur per vnum: vt si quidem vicerit: omnes videamur. victores. Lectio.xi.

Si autem victus fuerit: videatur vel solus confusus O pharisei qui omnia ꝓpter. homines cogitatis ⁊ facitis: primū q̄dē veniētes cum vno vincēdi estis p vnum. Lec. xij.

Tamen quia vno victo: homines nō itelligunt oēs vos esse victos: nūquid cōsciētie vestre nō sentiunt se esse confusas. Secūdum mattheum.

In illo tēpore. Conuenerunt pharisei i vnum ⁊ interrogauit iesum vnus ex eis legis doctor tentans eum. Magister quod est mādatum magnum in lege? Ait illi iesus. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo ⁊ in tota anima tua ⁊ in tota mente tua. Hoc est maximum ⁊ primum mandatum. Secūdum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pen-

det prophete. Congrega-tis autem phariseis interro-gauit eos iesus dicẽs: Quid vobis videtur de christo cu-ius filius est? Dicunt ei: Da-uid. Ait illis: Quomodo er-go dauid i spiritu vocat eum dominũ dicẽs? Dixit domi-nus domino meo sede a dex-tris meis donec ponam ini-micos tuos scabellum pedũ tuorum. Si ergo dauid vo-cat eum dominũ quomodo filius eius est? Et nemo po-terat respondere ei verbum neq ausus fuit quisq ex illa die eũ amplius interrogare. Col.

Da quesum⁹ do-mine populo tuo dia bolica vitare cõtagia et te so-lum dominum pura mente sectari. Per. Ad bñs añã.

Magister quod est mandatum ma gnum in lege: ait illi iesus. diliges do minum deum tuũ ex toto corde tuo alleluia. Ad magt añ. Quid vo-bis videtur de christo cuius fili⁹ est: dicũt ei omnes dauid. dixit eis iesus quomodo dauid in spiritu vocat eũ dominuz dicẽs: dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Dñica.xx.

Secundum matheum.

In illo tempore: Ascen dens iesus in nauiculã trans fretauit et venit in ciuitatem suã: Et ecce offerebãt ei para liticum iacentem in lecto. Et reliqua. Homel. lec. eiusdem beati ioannis episcopi. Lix.

Christũ ĩhumanis acti bus diuina gessisse mi racula et in rebus visibilib⁹ ĩuisibilia exercuisse negocia lectio hodierna monstrauit. Ascendens inquit ie-sus ĩ nauiculã trãsfretauit et venit in ciuitatẽ suam. L.x.

Nonne ipse est qui fugatis fluctibus maris ꝓfunda nu dauit: vt israeliticus popul⁹ inter stupendas vndas sicco vestigio velut montium con caua transiret. L.xi. Lectio.xij.

Nonne hic ẽ qui petri pedi bus marinos vertices iclina uit: vt iter liquidũ humanis gressibus sollidum preberet obsequiũ. Scdm matheuz.

In illo tẽpore: Ascen dens iesus in nauiculã transfretauit et venit in ciuita tem suam. Et ecce offerebant ei paraliticum iacentem in le cto. Et videns iesus fidem il lorum dixit paralitico. Con fide fili remittuntur tibi pec cata tua. Et ecce quidã d scri bis dixerunt itra se: Hic bla

phemat. Et cuz vidisset iesus cogitationes eorum dixit: Ut qd cogitatis mala i cordib⁹ vestris: Quid est facili⁹ dicere dimittuntur tibi peccata: an dicere surge ⁊ ambula vt sciatis autem quoniã filius hominis habet potestatẽ in tra dimittendi peccata. Tũc ait palitico: Surge tolle lectum tuum ⁊ vade in domum tuam. Et surrexit ⁊ abijt in domum suam. Uidentes autem turbe timuerũt ⁊ glorificauerunt deũ qui dedit potestatem talez hoibus. Colla.

D Irigat corda nostra dñe quesumus tue miserationis operatio: quia tibi sine te placere non possumus. Per. Ad bñs añ. Dixit dñs paralitico: cõfide fili remittũtur tibi peccatá tua. Ad magt añ. Tulit ergo lectum suum in quo iacebat magnificans deum ⁊ omnis plebs vt vidit dedit laudem deo.

Dominica vigesima prima.

I Secundum mattheuz.

N illo tempore: Dicebat iesus turbis parabolaz hanc: Simile factum est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et rel. Domel. lec. eiusdem beati gregorij pape. Lec. ix.

T Extum lectionis euãgelice fratres charissimi volo si possuz sub breuitate transcurrere: vt in fine eius valeaz ad loquẽdũ largius vacare. Lectio decima.

Querendum prius ẽ an hec apud mattheũ ipsa sit lectio que apud lucam sub appellatiõe cene describit. L. xi.

E quidem sunt nonnulla que sibi dissona esse videantur: quia hic prandium illic cena memoratur. Lectio. xij.

Hic qui ad nuptias non dignis vestibus itrauit repulsus ẽ: illic nullus qui intrasse dicitur: repulsus esse perhibetur. Secundũ mattheũ.

I N illo tempore: Dicebat iesus turbis parabolam hanc: Simile factum est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias ⁊ nolebant venire. Iterum misit alios seruos dicens: Dicite inuitatis ecce prandium meum paraui: tauri mei ⁊ altilia occisa ⁊ omnia parata venite ad nuptias. Illi autẽ neglexerunt. Et abierũt ali⁹

in villam suam: alius vero ad negotiationē suam: Reliqui vero tenuerunt seruos eius ꝛ contumelia affectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est. Et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos ꝛ ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis: Nuptie quidē parate sunt: sed qui inuitati erant non fuerunt digni Ite ergo ad exitus viarum ꝛ quoscunq̧ inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias congregauerunt omnes quos inuenerūt malos ꝛ bonos ꝛ implete sunt nuptie discunbentium. Intrauit autem rex vt videret discumbentes ꝛ vidit ibi hominem non vestitū veste nuptiali ꝛ ait illi: Amice quomodo huc itrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus eius ꝛ pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ꝛ stridor dentium. Multi enim sunt vocati pauci vero electi. Collecta.

Omnipotens ꝛ misericors deꝰ vniuersa nobis aduersantia propiciatꝰ exclude: vt mente ꝛ corpore pariter expediti: que tua sūt liberis mentibꝰ exequamur Per. Ad bn̄dictus an̄. Dicite inuitatis ecce prandium meum paraui venite ad nuptias dicit dominus. Ad magt an̄. Nuptie quidem parate sunt: sed qui inuitati erant non fuerunt digni: ite ad exitus viarum ꝛ quoscūq̧ inueneritis vocate ad nuptias dicit dn̄s.

Dñica.xxij. Scd̄m ioannem

In illo tempore: Erat quidā regulus cuius filius infirmabatur capharnaū. Hic cum audisset quia iesus adueniret a iudea i galileam: abijt ad eum ꝛ rogabat eum vt descenderet ꝛ sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Et reliqua.

Homelia lec. eiusdem beati gregorij pape. Lectio.ix.

Lectio sancti euangelij quā modo fratres audistis: expositione non indiget. Sed ne hanc tacite preterisse videamur: exortando potiusq̧ exponēdo in ea aliquid loquamur. Lectio.x.

Hoc autem vobis solūmodo de expositione esse requirendum video cur is qui ad

salutem petendam venerat audiuit: nisi signa ꝛ prodigia videritis non creditis? L.xj.

Qui eniꝫ salutem querebat filio: proculdubio credebat neqꝫ enim ab eo quererẽt salutem queꝫ non crederet saluatoreꝫ. Lectio duodecima.

Quare ergo dicitur nisi signa ꝛ prodigia videritis nõ creditis: qui ante credidit ꝙ signuꝫ videret? Sed mementote quod petijt ꝛ aperte cognoscetis quia in fide dubitauit. Secundum ioannem.

In illo tẽpore: Erat quidaꝫ regulus cui⁹ filius infirmabatur capharnaum. Hic cum audisset quia iesus adueniret a iudea in galileam: abijt ad eum ꝛ rogabat eum vt descenderet ꝛ sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo iesus ad eum Nisi signa ꝛ prodigia videritis non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine descende priusꝙ moriatur filius meus. Dicit ei iesus: Uade fili⁹ tuus viuit. Credidit homo sermõi queꝫ dixit ei iesus ꝛ ibat. Jam autem eo descendente serui occurrerũt ei ꝛ nũciauerunt dicentes quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horã ab eis in qua melius habuerat. Et dixerunt ei: quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater qꝛ illa hora erat i qua dixit ei Jesus filius tuus viuit ꝛ credidit ipse ꝛ domus eius tota. Collecta.

Largire quesumus domine fidelibus tuis indulgẽtiaꝫ placatus ꝛ paceꝫ: vt pariter ab omnibus mũdentur offensis: ꝛ secura tibi mente deseruiant. Per. Ad bñs añ. Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur capharnaum: hic cum audisset ꝙ iesus adueniret in galileam rogabat eum vt descenderet ꝛ sanaret filium eius. Ad magt añ. Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit iesus filius tuus viuit ꝛ credidit ipse ꝛ domus eius tota. Dominica.xxiij. Lectio sancti euangelij ꝫm mattheum.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis Simile est regnum celorũ homini regi: qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et reliqua. Homelia lec. eiusdeꝫ btĩ hieronimi ꝑsby. Lec.ix.

Familiare ē syris ⁊ maxime palestinis ad omnem sermonē suum parabolas iungere: vt qđ per simplex preceptū teneri ab auditoribus non potest: per similitudinem teneatur. Precepit itaqȝ petro sub operatione regis: domini ⁊ serui: qui debitor decem milium talentorum a domino rogans veniam impetrauerat: vt ipse quoqȝ dimittat conseruis suis minora peccantibus. L.x.

Si enim ille rex ⁊ dominus seruo debitori decem milia talentorū tam facile dimisit: quātomagis serui conseruis suis debēt minora dimittere. Quod vt māifestius fiat: dicamus sub exēplo. Lec. xi.

Si quis vestrum cōmiserit adulterium: homicidium: sacrilegiū: maiora crimina decē milia talentorū rogātib⁹ dimittūtur: si ⁊ ipsi dimittant minora peccātibus. Lec. xij.

Si autem ob factā cōtumeliam simus iplacabiles ⁊ ꝓpter amarius verbū perpetes habeamus discordias: nōne nobis videmur recte redigendi in carcerem ⁊ sub exēplo opis nostri hoc agere: vt maiorum nobis delictorum venia non relaxetur.

Secundum mattheum.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis: Simile est regnum celorum homini regi: qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cepisset rationem ponere: oblatus est ei vnus qui debebat decem milia talenta. Cum autē nō haberet vnde redderet: iussit eum domin⁹ venūdari ⁊ vxorem eius ⁊ filios ⁊ omnia que habebat ⁊ redimi. Procidens autem seruus ille rogabat eum dicens. Patientiam habe i me ⁊ omnia reddā tibi. Misertus autē dominus serui illius dimisit eum ⁊ debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille iuenit vnū de cōseruis suis qui debebat ei centū denarios: ⁊ tenens suffocabat eum dicēs. Redde qđ debes. Et procidens conseruus eius rogabat eū dicēs: Patientiā habe in me ⁊ omnia reddā tibi. Ille autē noluit: sed abijt ⁊ misit eum in carcerē donec redderet debitū. Videntes autem cōserui eius que fiebant cōtristati

sunt valde. Et venerũt ⁊ narrauerũt domino suo omnia que facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus ⁊ ait illi. Serue nequã omne debitum dimisi tibi qm̃ rogasti me. Nonne ergo oportuit ⁊ te misereri conserui tui sicut ⁊ ego tui misertus sum. Et iratus dominus eius tradidit eũ tortoribus quoad usq₃ redderet vniuersum debitũ. Sic ⁊ pater meus celestis faciet vobis: si non remiseritis vnusquisq₃ fratri suo de cordibus vestris. Coll'a.

Familiã tuam q̃sumus domine cõtinua pietate custodi: vt a cunctis aduersitatibus te protegente sit libera ⁊ bonis actib⁹ tuo noĩ sit deuota. Per. Ad bñ. añ.

Dixit autẽ dñs seruo: redde quod debes: pcidens autem seruus ille rogabat eum dicens: patientiã habe in me ⁊ oĩa reddã tibi. Ad magt añ.

Serue nequam omne debitum dimisi tibi qm̃ rogasti me: nonne ergo oportuit ⁊ te misereri conserui tui sicut ⁊ ego tui misertus sum dicit dñs

Dñica. xxiiij. Scdm matth.

In illo tempore. Abeũtes pharisei consilium inierunt vt caperẽt iesum in sermone. Et reliqua. Homelia lec. eiusdem beati hieronymi presbyteri. Lectio. ix.

Nup sub cesare augusto iudea subiecta romanis quando in toto orbe celebrata est descriptio: stipẽdiaria facta fuerat: ⁊ erat in populo magna seditio: dicẽtibus alijs pro securitate ⁊ quiete qua romani pro omnibus militarent: debere tributa persolui: pharisei vero qui sibi applaudebant iusticiã ecõtrario nitẽtibus non debere populum dei qui decimas solueret ⁊ primitiam daret ⁊ cetera que in lege scripta sunt: humanis legibus subiacere. Lectio decima.

Cesar augustus herodem filium antipatris alienigenam ⁊ proselitum regem iudeis constituerat qui tributis preesset ⁊ romano pareret imperio. Lectio vndecĩa.

Mittunt igitur pharisei discipulos suos cum herodianis idest militibus herodis. seu quos illudentes pharisei quia romanis tributa soluebãt: herodianos vocabãt ⁊ nõ diuino cultui deditos.

Quidam latino- Lec. xij.

ruz ridicule herodianos pu tant qui herodē christum eē crederēt q̄ꝺ nusq̄ꝫ omnino le gimus. Magister scim⁹ quia verax es ꝛ viam dei in veri tate doces ꝛ nō est tibi cura de aliquo. Scd̄m mattheū.

In illo tēpore: Abeun tes pharisei consilium inierunt vt caperēt iesum in sermone. Et mittunt discipu los suos cuz herodianis di centes: Magister scimus qꝛ verax es ꝛ viam dei in veri tate doces ꝛ non est tibi cu ra de aliquo. Non enim re spicis personam hominum: Dic ergo nobis quid tibi vi detur: Licet censum dari ce sari an non: Cognita autem iesus neq̄tia eorūz ait: Quid me tētatis hypocrite: Osten dite mihi nūmisma census. At illi obtulerunt ei denari um. Et ait illis iesus: Cuius est imago hec ꝛ subscriptio: Dicunt ei: Cesaris. Tunc ait illis: Reddite ergo q̄ sunt ce saris cesari ꝛ q̄ sunt dei deo.

Deus refugiuz Coll'a. nostrū ꝛ virt⁹: adesto p̄ijs ecclesie tue precibus au ctor ipse pietatis ꝛ presta: vt q̄ꝺ fideliter petimus: effica citer ꝯsequamur: Per. Ad bn̄dictus an. Magister scimus quia verax es ꝛ viam dei in veritate doces alleluya. Ad Magt añā. Reddite ergo que sunt cesaris cesa ri ꝛ que sunt dei deo all'a. Domi nica. xxv. Secūdū ioannem.

In illo tempore: Cum sublevasset oculos ie sus ꝛ vidisset quia multitu do maxima venit ad euz di cit ad philippuz: Unde eme mus panes vt mādu cēt hi: Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid eēt factur⁹. Et reliqua. Ho melia lec. eiusdem beati au gustini episcopi. Lectio. ix.

Miracula que fecit do min⁹ noster iesus cri stus: sunt quidē diuina ope ra ꝛ ad intelligendum deum de visibilibus āmonent hu manam mentem. Lectio. x.

Quia enim ille non est ta lis substātia que videri ocu lis possit: ꝛ miracula ei⁹ qui bus totum mundū regit vni uersamq̄ꝫ creaturaꝫ admini strat: assiduitate viluerunt. L. xj.

Maius enim miracu lū est gubernatio totius mū di q̄ꝫ saturatio quinq̄ꝫ miliuꝫ hominū de quinq̄ꝫ panibus:

⁊ tamen hec nemo miratur.
Illud mirãtur hoies: nõ qꝛ
maius ē ſʒ qꝛ rarũ eſt. Le.xij.
Quis paſcit vniuerſuʒ mũ-
dum niſi ille qui de paucis
granis ſegetes creat. Fecit
ergo quomodo deus: Unde
enim multiplicat de paucis
granis ſegetes: inde in mani-
bus ſuis multiplicauit qnqꝫ
panes. Secũdum ioannem.
In illo tempoꝛe: Cum
ſubleuaſſet oculos ie-
ſus ⁊ vidiſſet quia multitu-
do maxima venit ad euʒ di-
cit ad philippũ: Unde eme-
mus panes vt mãducẽt hi?
Hoc autem dicebat tentans
eum. Ipſe enim ſciebat quid
eſſet facturus. Reſpondit ei
philippus: Ducentoꝛum de-
narioꝛũ panes non ſufficiũt
eis: vt vnuſquiſqꝫ modicum
quid accipiat. Dicit ei vnus
ex diſcipulis eius andreas
frater ſymonis petri: Eſt pu-
er vnus hic qui habet qnqꝫ
panes oꝛdeaceos ⁊ duos pi
ſces. Dixit ergo ieſus: Facite
homines diſcũbere. Erat au
tem fenum multum in loco
Diſcubuerunt ergo viri nu-
mero quaſi qnqꝫ milia. Acce
pit ergo ieſus panes ⁊ cum
gratias egiſſet diſtribuit di-
ſcũbentibus. Similiter ⁊ ex
piſcibus quãtum volebant.
Ut aũt impleti ſunt dixit di-
ſcipulis ſuis: Colligite q̃ ſu-
perauerũt fragmẽta ne pere-
ant. Collegerũt ergo ⁊ iple-
uerunt duodecim cophinos
fragmentoꝛũ ex quinqꝫ pa-
nibus oꝛdeaceis qui ſupſue-
rũt his qui manducauerant
Illi ergo hoies cũ vidiſſent
qđ fecerat ſignum dicebant:
Quia hic ē vere ꝓpheta qui
vẽturus eſt i mũdũ. Colla.
Excita dñe q̃s tuoꝛ fi-
deliũ volũtates: vt di-
uini opis fructũ ꝓpẽſi⁹ exe-
quẽtes pietatis tue remedia
maioꝛa percipiant. Per. Ad
bñs añ. Cum ſubleuaſſet oculos
ieſus ⁊ vidiſſet maximã multitudi-
nem veniẽtẽ ad ſe dixit ad philip-
pum: vnde ememus panes vt man-
ducẽt hi? hoc aũt dicebat tentãs eũ:
ipſe enim ſciebat quid eſſet factur⁹.
Ad magt añ. Cũ vidiſſent turbe
ſignũ qđ fecerat ieſus dicebãt: vere
hic eſt ꝓpheta qui venit in mũdũ.

¶ Finis Dominicalis.

Incipit sanctorale secundum ordinem cisterciensium. In natale sancti stephani ad magt. añ.
Stephanus autem plenus gratia ⁊ fortitudine faciebat signa magna in populo. ℣. Justus germinabit sicut lilium. ℟. Et flore. Collecta.

Da nobis quesumus domine imitari quod colimus: vt discamus ⁊ inimicos diligere quia eius natalicia celebramus: qui nouit etiam pro persequutoribus exorare. Per. In commemoratione dicimus. Dominum nostrum iesum christum filium tuum amen. Inuit.
Christum natum qui beatum hodie coronauit stephanum Venite adoremus. Hy.
Stephani primi. In .j. noc. añ.
Beatus vir. ⁊c. Sicut vnius martyris. ℣. Gloria ⁊ honore coronasti eum domine. ℟. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Sermo beati fulgentii epi. Lectio .j.

Heri celebrauimus temporalem sempiterni regis nostri natalem: hodie celebramus triumphalem militis passionem. ℟. Hesterna die dominus natus est in terris vt stephanus nasceretur in celis ingressus est dominus mundum Vt stepha nus ingrederetur in celum. ℣. Heri enim rex noster trabea carnis indutus de aula vteri virginalis egrediens visitare dignatus est mundum. Vt stepha. Lectio .ij.

Heri enim rex noster trabea carnis indutus de aula vteri virginalis egrediens visitare dignatus est mundum: hodie miles de tabernaculo corporis exiens triumphator migrauit ad celum. ℟. Stephanus autem plenus gratia ⁊ fortitudine faciebat signa magna ⁊ prodigia in populo. ℣. Cum autem esset plenus spiritu sancto ⁊ fide beatus stephanus faciebat. Lectio tertia.

Ille sempiterne deitatis maiestate seruata serui le cinctorium carnis assumens in huius seculi campo pugnaturus intrauit: iste depositis corruptibilibus corporis indumentis ad celi palatium perhenniter regnaturus ascendit. Ille descendit carne velatus: iste ascendit sanguine laureatus. ℟. Videbant omnes stephanum qui erant in concilio. Et intuebantur vultum eius tanquam vultum angeli stantis inter illos. ℣. Et concurrentes rapuerunt eum ⁊ adduxerunt in concilium. Et. Le. iiij.

Ascendit iste lapidantibus iudeis: quia ille de-

scēdit letātibus āgelis. Glia in excelsis deo heri exultantes sancti angeli cātauerunt: hodie stephanū letātes in suum ꝯsortium susceperunt. ℟. Lapidabāt stephanū inuocātē ꝛ dicētē: Dñe Jesu xpe accipe spūm meū ꝛ. ℣. Pone statuas illis hoc petīz. ℣. Positꝫ āt genibꝰ btūs stephanꝰ orabat dicēs: Dñe iesu In .ij. noc. añ. Dñe iste sanctus ꝛc. Sicut in .ij. noc. vnius martyris. ℣. Posuisti dñe super caput eiꝰ. ℟. Coronā ꝛc.

Heri dñs exiuit Le. v. ḋ vtero virginis: hodie miles egressus ē de ergastulo carnis. Heri xp̄s ꝓ nobis pānis ē iuolutus: hodie stephanꝰ stola ē ab eo imortalitatꝭ idutꝰ. ℟. Impij super iustū iacturā fecerūt vt eū morti traderēt: At ille gaudēs suscepit lapides vt mereret accipe coronā glie. ℣. Cōtinuerūt aures suas ꝛ ipetū fecerūt vnanimes i eū. At ille gaudēs. Le. vj.

Heri presepis angustia xp̄m portauit īfantez: hodie imensitas celi suscepit stephanū triūphātez. ℟. Stephanus seruus dei quem lapidabant iudei vidit celos apertos vidit ꝛ introiuit: Beatus homo cui celi patebant. ℣. Stephanus autē plenꝰ gratia ꝛ fortitudine faciebat prodigia ꝛ signa magna in populo. Beatꝰ. Lect. vij.

Solus descēdit dñs vt multos suos milites eleuaret. Hūiliauit se rex noster vt suos milites exaltaret. Qui eiꝫ corpi suo v̄ginis ꝑparauit vterꝫ: ipe martyri suo apire dignatꝰ ē celū. ℟. Impetū fecerūt vnanimes i eū ꝛ eiecerūt eū extra ciuitatē Inuocātē ꝛ dicētē: dñe accipe spūꝫ meū. ℣. Et testes ꝯ posuerūt vestimēta sua secꝰ pedes adolescētꝭ q vocabat saulꝰ ꝛ lapidabāt eū. Inuocantē. Lectio. viij.

Dominꝰ xp̄s āgustias itrare nō dedignatꝰ est vteri: vt aiaꝫ stephani latitudo susciperet celi. ℟. Preciosus athleta dñi stephanꝰ positis genibꝰ orauit dicēs: Domine Jesu xpe ne statuas illis hoc peccatum. ℣. Lapidabant iudei stephanum: at ille orabat dicens: Dñe Jesu. Ad cant. añ. Nisi granū ꝛc. Cant. Beatꝰ vir q̄ in sapiētia. ℣. Magna est gloria eius. Scd̄m matheū.

In illo tp̄e: Dicebat iesus turbis iudeorūꝫ ꝛ pricipibus sacerdotuꝫ: Ecce ego mitto ad vos ꝓphās et sapientes ꝛ scribas: ꝛ ex illis occidetis ꝛ crucifigetis: ꝛ ex

eis flagellabit[is] i synagogis vestris. Et rel. Homel. lect. eiusdē btī hiero. psby. Le. ix.
HOc q̄d antea dixerat vos iplete mēsurā patrum vestro℞ ad psonā dn̄i pertinere: eo q̄ occidendus esset ab his. pōt ⁊ ad discipulos ei⁹ referri d̄ qb⁹ nunc dicit: ecce ego mitto ad vos ꝓphetas ⁊ sapientes ⁊ scribas ⁊ ex illis occidetis ⁊ crucifigetis ⁊ flagellabitis in synagogis vestris ⁊ persequemini de ciuitate in ciuitatem: vt ꝯpleatis mēsurā patruꝫ vestro℞. ℞. Intuēs in celū btūs stephanus vidid gloriā dei ⁊ ait. Ecce video celos aptos ⁊ filiū hōis stantē a dextris virtutꝭ dei. ℣. Cūq3 aspiceret beat⁹ stephan⁹ in celū vidit gloriā dei ⁊ ait: Ecce video. Lectio. x.
SImilisq3 obserua iuxta apostolū scribēteꝫ ad corīthios: varia dona eē discipulo℞ xp̄i: alios ꝓphetas q̄ vētura p̄dicant: alios sapiētes q̄ nouerint qn̄ debeant pferre sermonem: alios scribas in lege doctissimos. ℞. Patefacte sūt ianue celi xp̄i martyri btō stephāo q i nūero scōrū inuēt⁹ ē prim⁹: Et iō triūphat i celis coronat⁹. ℣. Mortē eim quā saluatori dignat⁹ ē ꝓ oib⁹ pati hāc ille prim⁹ reddidit saluatori. Et. Lectio. xi.
EX quibus lapidat⁹ est stephanus: paulus occisus: crucifixus petrus: flagellati in actibus apostolorum discipuli. ℞. Positis genib⁹ beatus stephan⁹ clamauit voce magna dicēs: dn̄e Jesu ne statuas illis hoc peccatum. ℣. Lapidabant stephanū inuocātē ⁊ dicētē: dn̄e Jesu accipe spiritum meum. Et. Le. xij.
ET persequuti sunt eos de ciuitate in ciuitatem expellētes d̄ iudea vt ad populū gētium trāsmigrarent. ℞. Sancte dei preciose prothomartyr stephane qui virtute charitatꝭ circumfultus vndiq3 dominū ꝓ inimico exorasti populo: Funde pces ꝓ deuoto tibi nunc collegio. ℣. Ut tuo propitiat⁹ interuentu: dn̄s nos purgatos a peccato iungat celi ciuibus. Fūde preces. Secunduꝫ mathēū.
IN illo tpe: Dicebat iesus turbis iudeoꝛuꝫ ⁊ principibus sacerdotū: Ecce ego mitto ad vos ꝓphetas ⁊ sapiētes ⁊ scribas ⁊ ex illis occidetis ⁊ crucifigetis: ⁊ ex eis flagellabitis i synagogis vestris ⁊ psequimini d̄ ciuita

in heremo: Sed ⁊ agnū dei demonstrauit ad illustrādas mentes hominum. ℣. Fuit in deserto p̄dicās baptismum penitētie in remissionē peccatorum. Sed ⁊ agnum. Lc.xi.

NEc solū facultas deus bñdicendi restituit: sz de eo ēt p̄phetādi virtus auget. ℟. Precursor domini venit d̄ quo ipse testat̄. Nullus maior inter natos mulierū ioanne baptista. ℣. Hic ē enim p̄pheta ⁊ plusq̄ p̄pheta d̄ quo ipse testat̄. Nullus. Lc.xij.

EXcitati fama facti oēs vicini admiratione ac metu p̄cellunt oium qui audiere circūquaq̄ ad aduentum noui p̄phete corda p̄parant. ℟. Inter natos mulierū ñ surrexit maior ioanne baptista. Qui viam domino preparauit in heremo. ℣. Fuit hō missus a deo cui nomē ioannes erat. Qui viam. Scd̄m lucam.

IN illo tēpore: Helisabeth iplētū ē tēpus pariēdi ⁊ peperit filiū. Et audierunt vicini ⁊ cognati eius q̄z magnificauit dñs misericordiam suā cū illa ⁊ ɔgratulabāt ei. Et factū ē in die octauo venerūt circūcidere puerū ⁊ vocabāt eū noīe patris sui zachariā. Et rñdens mater eius dixit. Nequaq̄: sed vocabit ioānes. Et dixerūt ad illā: q̄z nemo ē in cognatione tua qui vocet hoc nomine. Innuebant autē patri eius quē vellet vocari eū. Et postulans pugillarem scripsit dicēs: Joannes ē nomē eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertū ē aūt illico os eiꝰ ⁊ lingua eiꝰ ⁊ loquebat̄ bñdicēs deum. Et factus ē timor sup̄ oēs vicinos eorū ⁊ super oīa mōtana iudee diuulgabant oīa verba hec. Et posuerunt oēs qui audierūt ī corde suo dicentes: Quid putas puer iste erit? Etenim manus dñi erat cū illo. Et zacharias pater eius impletus ē spū̄ sancto ⁊ p̄phetauit dicens: Benedictus dominus deꝰ israel quia visitauit ⁊ fecit redemptionem plebis sue. Colla.

DEus qui presentē diem honorabilē nobis in bt̄i ioannis natiuitate fecisti. da populis tuis spiritalium gratiā gaudiorū ⁊ oīum fideliū mētes dirige in viā salutis eterne. Per. In lbꝰ aña.

Helisabeth zacharie magnum virū genuit Joannem baptistam precur

forem domini. Capitulum.
Audite insule et attendite populi de longe: dominus ab vtero vocauit me: de ventre matris mee recordatus est nominis mei. R. Posuisti domine. Hy. Assertor equi. V. Fuit homo missus. Ad bns an. Apertum est os zacharie et prophetauit dicens: Benedictus deus israel. Colla. Deus qui presentem diem. Ad .j. ana. Innuebant patri eius quem vellet vocari eum et scripsit dicens Joannes est nomen eius. Ad .iij. an. Johannes vocabitur nomen eius et in natiuitate eius multi gaudebunt. Cap. Audite insule. vt .s. V. Gloria et honore Colla. Deus qui presentem. Ad .vj. an Inter natos mulierum non surrexit maior Joanne baptista. Caplz.
Hec dicit dominus formans me ex vtero seruum sibi: dedi te in lucem gentium vt sis salus mea vsque ad extremum terre. V. Posuisti domine. Colla.
Sumat ecclesia tua deus beati ioannis baptiste generatione leticiam: per quem sue regenerationis cognouit auctorem. Per eundem. Ad nonam an. Tu puer propheta altissimi vocaberis preibis ante domi num parare vias eius. Capitulum
Ne timeas a facie eorum: quia ego tecum sum vt eruam te dicit dominus. V. Magna est. Collecta.
Deus qui nos beatum intra sancte ecclesie vterum constitutos eo nos spiritu ab iniquitate nostra iustificari quo beatum ioannem intra viscera materna docuisti. Per eiusdem. Ad vespas an. Priusquam te for. An. Ad oia. Ant. Ne timeas. Ana. Misit dns. Capi. Audite insule. R. Gloria et honore. Hymn. Almi prophete. V. Fuit homo. Ad magt an. Et posuerunt omnes qui audierunt in corde suo dicentes: quid putas puer iste erit: et enim manus domini erat cum illo et zacharias pater eius repletus est spiritu sancto et prophetauit dicens: benedictus deus israel quia visitauit et fecit redemptionem plebis sue Colla. Deus qui presentem diem. Per oct. commo. Ana. Helisabeth zacharie. Ad vs ant. Joannes vocabitur. V. Fuit. Colla
Concede quesumus omnipotens deus: vt qui beati ioannis baptiste solennia colimus: eius apud te intercessione muniamur. Per. Quottidie dicat per oct. Joannis et pauli. Ad

vs cap. Sancti p fidem vicerunt regna rc. R. Sancti tui domine. Hym⁹. Eterna xpi. V. Justi in perpetuū. Ad magt añ. Isti sūt sancti q pro testamē. Col.

O Uesumus ops deus: vt nos geminata leticia hodierne festiuitatis excipiat: q de beato℞ Joannis r pauli glorificatiōe pcedit: quos eadē fides r passio vere fecit esse germanos. Per. Lect. Psalm⁹ q̄ cantat dño. Euāgeliū. Descēdens iesus de mōte. Homel. Electurus aplos dñs. q̄re cetera oia in natale plurimo℞ mar. In vigilia aplo℞ū petri r pauli ad vs. añ. Gloriosi principes terre: quomodo in vita sua dilexerunt se ita r in morte nō sunt separati. Añ. Petr⁹ apostolus r paulus doctor gētium ipsi nos docuerunt legem tuaz dñe. Añ. Hi sunt viri misericordie quo℞ iusticie obliuiōes nō acceperūt cum semine eorum permanent bona hereditas sancta nepotes eoruz. Añ. Isti sūt due oliue r duo candelabra lucentia ante dominum. hent potestatem claudere celum nubibus r apprire portas ei⁹ q2 ligue eo℞ claues celi facte sūt allā. Cap.

A Ngelus dñi astitit et lumen refulsit in habitaculo carceris: percusso q2 latere petri excitauit eum dicens: surge velociter: r continuo ceciderunt cathene de manibus eius. R. Cornelius cēturio. V. Cum orasset cornelius. Hymnus. Apostolo℞ passio. V. Nimis hono. Ad magt añ. Qs cunqz ligaueris super terram erit ligatum r in celis: r quodcunqz solueris super terram erit solutum r in celis dicit dñs symoni petro. Colla.

P Resta quesumus omnipotens deus: vt nullis nos permittas perturbationib⁹ concuti: quos in apostolice confessionis petra solidasti. Per. Inuitatoriuz. Christum regem regum adoremus dominum Qui martyrio crucis beatum glorificauit petrum apostolum. ps. Uenite In .j. noc añ. Petrus r Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. ps. Celi enar. Aña. Claudus quidam cum vidisset Petruz r Joannem cepit rogare eos vt helemosynam acciperet. ps. Dñi est terra. Aña. Argentum r aurū non est mihi: quod autez habeo hoc tibi do. ps Exultate iusti. Aña. In nomine Jesu xpi nazareni sur-

ge et ambula in pace. Ps. Benedi cam. An. Exiliit claudus et ambulabat et intrauit cum illis ambulans et laudans deum. Ps. Eructauit cor. An. Vidit populus claudum ambulantem et laudantem deum et repleti sunt stupore et extasi in eo quod contigerat illi. Ps. Omnes gentes. V. In omnem terram ex. Sermo beati maximi epi. Lectio .j.

APostolici natal' gaudio fres charissimi petri et pauli quorum hodie beatissimis passionibus iocundamur: letior per vniuersum mundum xpi exultat ecclesia. R. Quem dicunt homines esse filium hominis dixit Jesus discipulis suis? respondens petrus dixit: tu es Christus filius dei viui: Et ego dico tibi: quia tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. V. Beatus es symon bariona quia caro et sanguis non reuelauit tibi sed pater meus qui in celis est. Et. Lectio .ij.

QUelz omnium sanctorum martyrio certa sit adornari: horum tamen victoria gloriosius illustratur: quando quidem videt de hoc seculo ipsos fidei patres et magistros gentium triumphasse. R. Beatus es symon bariona quia caro et sanguis non reuelauit tibi sed pater meus qui in celis est Dicit dominus. V. Et ego dico tibi: quia tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam Dicit. Lectio .iij.

QUid enim insignius petro qui in carne positus mensuram carnis egressus xpm iesum viui dei filium verum confitetur: et quod omnium adhuc mortalium pectus latebat: prima petri lingua nouo est sermone confessa. R. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et porte inferi non preualebunt aduersus eam Et tibi dabo claues regni celorum. V. Quodcunque ligaueris super terram erit ligatum et in celis: et quodcunque solueris super terram. erit solutum et in celis. Et tibi. Lectio .iiij.

QUid fres mei magnificentius petro quam tante confessionis merito cum corruptibili adhuc esset in corpore: et necdum ipse ascendisset in celum: regnum illi celeste et claudere et aperire permissum est. R. Quodcunque ligaueris super terram erit ligatum et in celis Et quodcunque solueris super terram erit solutum et in celis V. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et tibi dabo claues regni celorum. Et. In .ij. noc. an. Petrus autem seruabatur in carcere et oratio fiebat pro eo sine intermissione ab ec

clesia ad deū. ps. Exaudi deus dep. Añ. Dixit angelus ad petruz: circūda tibi vestimentū tuū et sequere me. ps. Exaudi de⁹ orōez meā cū dep. Añ. Misit dñs angelū suū et liberauit me d manu herodis ps. Te decet. Añ. Cornelius cēturio vir religiosus ac timēs deum vidit manifeste angelū dei dicētē sibi: Corneli mitte et accersi symonē q cognominatur petrus hic dicet tibi qd te oporteat facer. ps. Cōfitebimur. Añ. Beatus petrus apostolus vidit sibi xp̄m occurrere et adorans eū ait: dñe quo vadis? venio romā iterū crucifigi. ps. Dñs reg. exul. Añ. Symō Joānis diligis me plus his? Tu scis dñe quia amo te. ps. Dñs reg. irasc. V. Constitues eos principes. Lectio. v.

Quid eius sublimi⁹ fide qui gradiente dño super aquas humane cditiōis oblitus viā in fluctibus dari et poposcit et pmeruit. R. Dñe si tu es iube me venire ad te sup aqs Et extendēs manū apphēdit eū et dixit Jesus: Modice fidei quare dubitasti. V. Cūqz vidisset vētū validū veniētē timuit et cum cepisset mergi clamauit dicēs: dñe saluum me fac. Et extēdēs. Lectio. vj

Tantaqz mētis eius cfidētia fuit vt crederet se posse p fidem quod sciebat homini ipossibile per naturaz. R. Petr⁹ gdē seruabaē i carcere: Orō autē fiebat sine intermissiōe ab ecclesia ad deū pro eo. V. Erat petr⁹ dormiēs inter duos milites vinct⁹ cathenis duabus. Oratio autē. Lect. vij.

Nam qz postea mergebaē vt mihi videē necessariū fuit ne tāti sublimitate miraculi in perniciez forte sui equata xp̄o carnis fragilitas supbiret. R. Surge petre et indue te vestimentis tuis accipe fortitudinē ad saluandas gētes: Qz ceciderēt cathene de māib⁹ tuis. V. Angelus dñi astitit et lumē refulsit in habitaculo carceris: pcussoqz latere petri excitauit eum dicens: surge velociter. Quia cecide. Lectio. viij.

Fuit certe infirmitatis corporee qd paulop⁹ timuit. Quis tñ ambigat inmutabilis fuisse fidei: q eum descēdentez de naui tremula et inconcussa humanis gressibus maris vnda sustinuit. R. Nunc scio vere ait petrus ad se reuersus: Quia misit dñs angeluz suum. V. Et eripuit me de manu herodis et de omni exceptiōe plebis iudeoruz. Quia. Ad cant. aña. Tu

hunc loquente petro cecidit spiritus sanctus super oēs qui audiebant verbum ⁊ erant loquentes linguis ⁊ magnificantes deū: tūc petrus iussit eos baptizari in nomine dñi Jesu christi Ant. Uos sancti dñi vocabimini. ℣. Annūciauerunt opa.

Secūdum matheum.

In illo tpe: Uenit iesus in partes cesaree philippi ⁊ interrogabat discipulos suos dicēs: Quē dicūt homines esse filium hominis. Et reliqua. Homel. lect. eiusdez bti heronimi pſby. Lectio. ix.

Philippus ē iste frater herodis de quo supra diximus tetrarcha ituree ⁊ traconitidis regionis qui in honorē tyberij cesaris cesariā philippi q̄ nunc paneas dicitur appellauit ⁊ est in puincia phenicis: imitat⁹ herodē patrē qui in honorē augusti cesaris appellauit cesaream que prius turris stratonis vocabat ⁊ ex nomine filie eius lebiaden trās iordanē extruxit. ℟. Ego p te rogaui petre Ut non deficiat fides tua: et tu aliquando conuersus cōfirma fratres tuos. ℣. Ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticū: ego aūt rogaui pro te. Ut non. Lect. x.

Iste loc⁹ ē cesaree philippi: vbi iordanis ad radices orit lybani ⁊ habet duos fontes: vnū noīe ior ⁊ alterū dan: qui simul mixti iordanis nomē efficiunt. ℟. Si diligis me symō petre pasce oues meas: domine tu nosti quia amo te Et animā meā pono pro te. ℣. Si oportuerit me mori tecum non te negabo. Et animam. Lectio. xi.

Et interrogabat discipl'os suos dicēs: Quē dicūt homines eē filium hominis? Nō dixit quē me dicūt eē homies: sed filiū hominis: ne iactanter de se querere videret. ℟. Petre amas me? Tu scis dñe q̄ amo te: Pasce oues meas. ℣. Symon Joannis diligis me plus his? tu scis domine quia amo te. Pasce. L. xij.

Et nota q̄ vbicūq3 scriptū ē i veteri testamēto filius hois: i hebreo positū ē filius adā. Illudq3 qđ i psalmo legimus filij hominū vsq3quo graui corde: in hebreo dicitur filij adā. ℟. Cornelius centurio vir religiosus ac timens deum vidit manifeste angelum dei dicentē sibi: Corneli mitte ⁊ accersi symone

qui cognominatur petrus hic dicet tibi quid te oporteat facere. ℣. Cũ orasset cornelius nondum in christo renatus apparuit ei angelus dicens: Corneli. Secundũ matheum

In illo tpe: Venit ihesus in ptes cesaree philippi ⁊ interrogabat discipulos suos dicẽs: Quez dicunt hoies eẽ filium hois? At illi dixerunt: Alij Joannẽ baptistã. Alij autẽ Heliam. Alij vero hieremiam: aut vnum ex prophetis. Dicit illis ihesus: Vos autem quẽ me esse dicitis? Respondens symon petrus dixit: Tu es xp̃s filius dei viui. Respondens autem iesus dixit ei: Beat⁹ es symõ bariona: quia caro ⁊ sãguis non reuelauit tibi sed pater meus qui est in celis. Et ego dico tibi quia tu es petrus ⁊ super hanc petraz edificabo ecclesiam meam: Et porte inferi non preualebunt aduersus eaz. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcũqꝫ ligaueris super terram. erit ligatum in celis. Et quodcũqꝫ solueris super terram: erit solutũ in celis. Colľa.

Deus qui hodiernam diem aplorũ tuorum petri ⁊ pauli martyrio consecrasti: da ecclesie tue eorꝫ i omnib⁹ seq̃ pceptuz: p quos religionis sumpsit exordium. Per

In lb⁹ añ. Petre amas me pasce oues meas: tu scis dñe quia amo te. Cap. Angelus domini astitit. ℟. Cõstitues eos. Hy⁹. Verso crucis. ℣. Nimis hono. Ad bñs añ Tu es pastor ouium princeps apostolorũ tibi tradite sunt claues regni celorum. Colľa. Deus qui hodi. Ad.j añ. Significauit dominus petro qua morte clarificaturus esset deum. Ad.iij.aña. Ego pro te oraui petre vt non deficiat fides tua: ⁊ tu aliquando cõuersus confirma fratres tuos. Caplz. Angelus domini. ℣. In omnem terram. Colľa. Deus qui hodier Ad.vj.aña. Cumqꝫ vidisset ventum validum venientem timuit ⁊ cum cepisset mergi clamauit dicens: dñe saluuz me fac. Caplz.

Dixit angel⁹ ad petruz. Circũda tibi vestimẽtum tuũ ⁊ sequere me: ⁊ exiens sequebatur euz ⁊ nesciebat quia veruz est q̃ꝺ fiebat per angelum: estimabat autem se visum videre. ℣. Constitues eos principes Collecta.

Protege domine popu luz tuuz ⁊ apostolorũ tuorũ patrocinio cõfidentez perpetua defensione ꝯserua. Per. Ad nonam añ. Tu es petrus ⁊ super hanc petrã edificabo ecclesiam meam. Lapitulũ.

Petrus ad se reuersus dixit: nunc scio vere qꝛ misit dñs angelũ suũ ⁊ eripuit me de manu herodis ⁊ d omni expectatiõe plebis iudeoꝝ. ℣. Annũciauerũt opa dei. Coll.

Exaudi nos deus salutaris noster: ⁊ apostolorum tuoꝝ nos tuere presidijs: quorũz donasti fideles esse doctrinis. Per. Ad vš añ. Petrus ⁊ Joãnes. Añ. Claudus gdã. Añ. Argentuz ⁊ aurum. Añ. In noie Jesu Christi. Cap. Angelus dñi. ℟. In omnez terram. Hy⁹. Apostoloꝝ passio. ℣. Nimis honora. Ad magt añ. Beatus es symõ bariona quia caro ⁊ sanguis non reuelauit tibi sed pater meus qui est in celis dicit dominus. Collecta. Deus qui hodierna. Cõmõ de sancto paulo. Añ. Sancte paule apostole ꝑdicator veritatis ⁊ doctor gentium intercede ꝓ nobis ad deum q te elegit ℣. In omnez terram. Collecta.

Deus qui multitudinẽ gẽtiũ beati pauli apostoli predicatione docuisti: da nobis qs. vt cuius natalicia colim⁹: eius apud te patrocinia sentiamus. Per. xpm. Cõmõ sancti marcialis episcopi. Aña. Simulabo euz. Inuitato. Gaudete ⁊ exultate. ps Uenite. Hy⁹. Eterna christi. In .j. noctur. añt. Qui operatus est. quere cetera oia que ibi deficiũt supra in conuersione ipsius. Sermo sancti Joannis epi. Lectio pria.

Beatus paulus apostolus qui tãtam vim humane alacritatis ostendit vt ad celũ quoqꝫ ipsum valeat subuolare pretermittens angelos ⁊ archangelos aliasqꝫ virtutes. Lectio secunda.

Aliquãdo quidez suo exẽplo christianos fieri imitatores sui iubet dicens: imitatores mei estote sicut ⁊ ego christi. Aliquando quidez de se reticens ad ipsi⁹ dei nos imitationez extendit dicẽs: Estote ergo imitatores dei sicut filij charissimi. Lectio tertia.

Iaz vero demõstrãs qꝛ nihil ita hanc imitationem pa

riat ꝙ si ita viuat aliquis vt bonum eius in cõe proficiat atq; vniuersis vtiliora pro-uideat adiunxit. Ambulate in charitate. Lectio quarta.

Ideo cum dixisset imitatores mei estote ꝯtinuo de charitate disseruit: q2 hec precipue virtus homines deo ꝓximos facit. Lectio quinta.

Quantecuq; enim sunt alie virtutes inferiorẽ tenẽtes locũ: cũcte erga hominum studia versant vt ẽ cõtra ꝯcupiscẽtiaz pugna: vt qð aduersus gratiaz geritur belluz vt ĩ auaritie interitũ acies ordinata. vt cũ iracundie furore conflictus. Diligere vero: nobis deoq; cõe est. Lectio. vj.

Dñs in euãgelio ĩpat. Orate ꝓ ꝑsequẽtib⁹ ⁊ calũniantibus vos: vt sitis filij patris vestri q̃ in celis est. Hoc igit paulus cũctoꝝ esse ĩtelligẽs caput bonoꝝ oĩ in se studio exprimere curauit. Lect. vij.

Nemo eĩm ita dilexit inimicos: nemo erga insidiatores suos tam beneficus fuit: nullus ꝓ afflictoribus suis tanta perpessus ẽ. Lectio. viij.

Nõ eĩm illa que patiebatur sed copulã nature cogitabat. Quãto q; amplius efferebãtur inimici: tãto magis eoꝝ miserebat ĩsaniaz. Ad canti. añt. Uade anania. Cant. Uos sancti dñi. ℣. Annunciauerunt opera. iiij. lect. de euangelio quere in cõuersiõe ipsius cũ ℟. In lb⁹ añ. Ego plantaui apollo rigauit deus aũt incremẽtũ dedit all'a. ℣ vnusquisq; propriã mercedem accipiet ẜm suuz laborẽ. Cap.

Bonum certamen certaui. cursũ ꝯsũmaui: fidem seruaui: ð reliquo reposita est mihi corona iusticie quam reddet mihi dñs ĩ illũ diẽ iustus iudex. ℟. Cõstitues eos. Hymn⁹. Tradũtur igni. ℣. Nimis honor. Ad bñs añ. Euangelium meũ qð euangelizatuz est nõ est a me neq; ab hoĩe accepi illud ꝫ per reuelationẽ Jesu xpi dñi nostri. Colla. Deus q̃ multitudinez. Cõmõ sãcti marcialis. Aña. Euge ẜue bone ⁊c. Postea cõmõ de sancto Joanne Añ. Helisabeth zacharie. deinð de scõ petro. Añt. Tu es petr⁹. Et sup hãc. ℣. In oẽz terrã exiuit

Deus q̃ apostolo tuo petro collatis clauibus regni celestĩ ligãdi Coll.

atqꝫ soluēdi pōtificiū tradi-
disti. cōcede: vt intercessiōis.
eius auxilio a peccatorū no
strorum nexibus liberemur
Qui viuis. Ad.j. aāt. Gratia
dei in me vacua non fuit sed gratia
eius semper in me manet. ℣. Gra
tia dei sū id quod sum. Ad.iij. aā.
Ter virgis cessus sum: semel lapida
tus sum: ter naufragiū pertuli ꝓ xp̄i
nomine. ℣. Nocte ac die in ꝓfun
do maris fui. Cap. Bonum cer
tamē. vt.s. ℣. In omnē terram.
Colla. Deus qui multitudi-
nem. Ad.vj. aāt. Damasci ꝑpo-
situs. Cetera ad.vj. ⁊ ad.ix.
aā. ⁊ capi. ⁊ coll. sicut i ꝯuer-
sione eiusdez ad vs aāa. Qui
operatus est petro. Aāa. Scio cui
credidi. Aā. Mihi viuere christ⁹
Aā. Reposita est mihi. Caplm.
Bonū certamen. vt.s. ℟. In
omnez terrā. Hy⁹. Eterna xp̄i
munera ℣. Nimis honora. Ad
magt aā. In regeneratione cū se
derit filius hominis in sede maie-
statis sue sedebitis ⁊ vos iudicantes
duodecim trib⁹ israel dicit dominus
Colla. Deus qui multitudi-
nez. Cōmō de sancto ioanne
baptista. Aāt. Ingresso zacha-
ria. ℣. Fuit homo. Colla. Cō-
cede qs̄ ops deus. Deinde
cōmō de sancto petro Aāa.
Beatus petrus apostolus vidit xp̄z
sibi occurrere adorans eū ⁊ ait: do-
mine quo vadis? venio romaz iterū
crucifigi. ℣. In oēm terraz. Col.
De⁹ q̄ apostolo tuo. In octa.
sancti Joānis. Inuit. Regem
ꝑcursoris domini. psal. Venite.
Oia peragāt sicut in ip̄o die
⁊ legantur lectiōes iste. Ser-
mo beati maximi epi. Lect.j.

C Unctorū quidē ꝓphe-
tarꝫ charissimi vene-
rāda recordatio ē. Beat⁹ aūt
Joānes baptista cuius gemi
nus hodie natalis honorat
in tantū oīuz illorꝫ singulari
ri quodā merito supergres-
sus ē gloriā vt dn̄z iesum sal
uatorez nostrū nō solū eē vē
turū sꝫ aduētasse iā ⁊ coha-
bitare hoib⁹ veritate p̄sētꝭ
testimonij reuelaret. Le.ij.
Quē cū inter ꝑmiscuas tur-
bas ad baptismū suum pro
perare: velut digito demon-
strans ait. Ecce agnus dei: ec
ce q̄ tollit pc̄ta mūdi. Le.iij.
Quam innocēs est hui⁹ vita
vel qua possum⁹ ꝺuotiōe ei⁹
merita cōpēsare q̄ agni cele-
stis aduētū ⁊ prim⁹ agnouit
⁊ solus ostendit. Lectio.iiij.

Quam venerabile vniuersis est eius pconiũ: de cui⁹ ore prio absolutionē suaz mundus audiuit. Hic est Joães charissimi de quo ,pphetica annũciatiõe pdictũ ē. Lect. v.
Vox clamãtis i deserto parate viã dñi rectas facite semitas dei nostri. Lectio. vj.
Clamaturus eim erat sicut ꝛ clamauit: vt vociferante salutis precone obturatas diu aures mortaluz predicatio celestis apiret. Lectio. vij.
Quis huiusmodi ,pphetam non tanta miratione suscipiat: quē tantũ recognoscit obtinuisse de deo vt ante eius merita laudarentur ꝙ natiuitas formaretur. Lectio. viij.
Hic igitur zacharie iustissimo sacerdoti cuz multa esset etate prouectus ꝛ sterilitate senissime ꝯiugis successionez votiui germinis desperasset oipotentis dei cura per angelũ ,pmittitur nasciturus. Ad cant aña. Pro eo qđ. Canti. Beatus vir qui in sapientia. V. Magna est gloria. iiij. lect. d̄ euangelio ꝛ euãgelium post. Te deũ laudam⁹. sicut i ipo die: ꝫ coll'a ista dicat: Cõcedꝫ qs. vt. s̄. Que coll'a dicat ad lau. ꝛ ad. iij. ꝛ ad vs̄. De cetero per totũ diē vt in ipso die.
In festo visitatõis beate marie virginis ad helisabeth in primis vespis añt. sup ꝑos:
Accedunt laudes virginis admirande indaginis nouiter ,pmulgate: en visitat helisabeth maria mater ipsamet celica probitate. Añ. Uiuo repletur munere maria sine murmure cum filium concepit surrexit ab oraculo: statim in montis calculo abijt ꝛ profecit. Añ Accendit ardor spiritus mariam tãgens celitus: de nazareth migrando ad montana transijt vbi tumultu caruit superna degustando. Añ. Monstrãs culmē dulcedinis maria sui sanguinis: helisabeth salutat stantē in domo proximi propiqua templo domini deuote subministrat. Capitulũ.
Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris ꝛ flores mei fructus honoris ꝛ honestatis: ego mater pulchre dilectionis ꝛ timoris ꝛ ꝛ agnitionis ꝛ sãcte spei. R. Uidete miraculum matris domini concepit virgo virilis ignara consortij. Stat onerata nobili onere maria ꝛ matrem se leta cognoscit que se nescit vxorem. V. Que specio-

sum forma pre filijs hominum ca/stis concepit visceribus: et benedi/cta in eternum deum nobis protulit et hominem. Hymnus.

In maria vite via ma/tre vera viuentium: pie venit qui redemit peccata delinquentium. Gressum cepit cum conce/pit maria multum properans: visitauit conso tauit helisa/beth compatiens. Salutat in/flammat helisabeth et filius. inaudita fiunt ista de dono san/cti spiritus. Fecundata graui/data fit mater olim sterilis: infans datus nondum natus exul/tat xpo iubilis. Seruit ma/ior gaudet minor maria fert solacium: visitatis prepatis ad spiritum propheticum. Precurso/rem et doctorem maria manus subleuat: quem rectorem purgato/rem digito mundi nunciat. Le/ua plebem duc ad regem maria cunctos visitans: vt saluetur et letetur cum tu scis mater medi/ans. Amen. ℣. Speciosa facta es et suauis in delitijs tuis sancta dei genitrix. Ad magnificat an. Accelerat ratio in puero nondum nato instin/ctu sacri neumatis diuinitus sibi da/to: nouit presentem dominum in virgine clam latentem adorauit cum iubilo ad famulum venientem. Oremus. Oratio:

Omnipotens sempiterne deus: qui ex abundantia charitatis beatam mariam tuo fi/lio fecundatam ad salutationem helisabeth inspirasti: presta quesumus vt per eius visitationem donis celestibus repleamur: et ab om/nibus aduersitatibus eruamur. Per. Ad complet. Hymnus.

Sacre parentes virgi/nis steriles naturaliter: hanc dono summi numinis su/sceperunt feliciter. Uotum vouentes filiam ad templum trinam deferunt: deo placen/tem hostiam ibi mansuram deferunt. Infantie tam tene/re creuit virtus et gratia: in omni complens opere crea/toris obsequia. Regitur san/cti spiritus domestico dicta/mine omnis virtutis penitus decus splendet in virgine. Omnes fideles plaudite et virginis infantiam: deuoto corde colite mirantes eius gratiam. Nam in puella te/nera neruat sensus maturi/tas: et panditur per opera ha/bitans intus deitas. Docta matura strenua et honore spectabilis virtute scandens

ardua cunctis prestans et humilis. Sic conditorum munere nimis ornata dotibus vt digna foret parere: deum castis visceribus. Gloria tibi domine qui natus es de virgine. Inuitatorium. Reginam celi mariam concorditer adoremus: Que visitans helisabeth spē ptulit vt laudemus. ps. Venite exultemus. Ad noct. Hy⁹.

O Xp̄i mater celica fōs viu⁹ fluēs gratia: lux pellens cuncta scismata maria deo pxia. Ex motu veri luminis trāsiuit in montaneis: virgo iuuare vetulā de precursore grauidā. Mater venit ō nazaret vt salutet helisabeth: replentur dono spiritus anus et ei⁹ filius. He lisabeth cōplacuit q̄ mater dei affuit: infans gaudet in vtero presēte xp̄o dn̄o. Marie visitatio exēplum dat vicinio: q̄ sit parata omnibus ipsam pie querētib⁹. Trinitatis clemētia cūcta laxet facinora. p matris xp̄i merita nos ducat ad celestia. Amē. In .j. noc. añ. Charisma sancti spiritus diffudit se diuinit⁹ in puerū cōlesit: cōceptū salutiferū marie sibi ob uium helisabeth cōsensit. ps. Dn̄e dn̄s noster. Añ. De celo velut radi⁹ descendēs sacer spūs helisabeth intrauit: mox benedictā virginē sanctitatis ppaginē pphetice clamauit. ps. Celi enarrāt. glo. Añ. Inter turmas virgineas et sanctorū excubias maria collaudat̄: pp̄t fructū q̄ querit̄ quo iure mundus emitur ad vitā et saluatur. ps. Dn̄i est terra Añ. Vocant hanc matrē noīe dn̄i primo famine helisabeth in superna q̄ fuit clausū alijs in velatis mysterijs noticia iterna. ps. Eructauit cor. Añ. Non fuit xp̄s oneri nec grauis⁹ moles pueri viscerib⁹ matris digne: sed ignara de pondere cū corporali robore transilijt benigne. ps. Deus noster refugium. Añ. Transiuit in itinere maria multū propere mōticulos scādēdo: euitauit lauiam ppter morū pstātiā colloqa spernēdo. ps. Magnus deus noster. ℣. Aue maria grā plena dominus tecū. Lectiōes ex homel. beati ābrosij epi. Lect. j.

Morale ē oib⁹ vt q̄ fidē exigūt fidē astruant et iō āgel⁹ cū abscondita nunciaret vt fides astrueret exēplū adiūxit senioris feie sterilis q̄ cōceptū virgini marie nūciauit vt possibile deo

oē qd̄ ei placuerit assereret. ℟. Surgēs maria grauida migrauit per cacumina in ciuitatē iude: Intrauit domū ꝓpe zacharie cū ope salutis ꝯsobrine. ℣. Et vt audiuit helisabeth salutes mox de nazareth exclamauit miratiue. Intrauit. Le. ij.

Ubi audiuit hoc maria: nō quasi incredula de oraculo nec quasi dubitans de exēplo: sed quasi leta ꝓ voto: religiosa ꝓ offō: festina ꝓ gaudio in mōtana prexit. Quo eīm iaȝ deo plena vbi ad supiora cū festinatione ꝯscenderet. Nescit tarda molimīa sancti spūs gratia. ℟. Dixit verba ꝓphetica helisabeth celicola ō virgīe maria: btā ē q̄ credidit: In hac fiēt que didicit a dn̄o mēte pia. ℣. Uenit ex te scissimꝰ vocatꝰ dei filiꝰ sicut ꝑdixit āgelus sue mr̄i in via. In hac. Le. iij.

Uiscite ⁊ vos sācte mulieres sedulitatē quaȝ pregnantibꝰ debeatis exhibere cognatis. Mariā q̄ añ sola in intimis penetralibus versabat̄: non a publico virginitatis pudor: nō a studio aspitas montiuȝ: nō ab officio ꝓlixitas itineris retardauit. In montana v̄go cum festinatione: virgo officiȳ memor: iniurie īmemor affectu vigente nō sexu relicta prexit. ℟. Maria parens filios plangens querit deꝑditos in scelere mortali clamās clamat vt releuet: Manus ponit vt subleuet ne pena ruant mali. ℣. Helisabeth quesierat Joannem doctum nouerat de vita supernali. Manus. Lectio iiij.

Uiscite virgines nō circūcursare per alienas edes: nō demorari ī plateis: nō aliquos in publico miscere ſmones. Maria ī domo: festina in publico: māsit apd̄ cognatā suā tribus mēsibus. Etenim que ꝓpter officiū venerat īherebat offō. ℟. Helisabeth congratulās, ꝓfunde se humilians in aduētu messie: Uñ ait: cō deceat ꝙ mater dei veniat ad me cū plausu vie. ℣. Hen felix salutatio duplata exl'tatio dabat̄ vi sophie. Uñ ait. Gloria pr̄i. Uñ ait. In. ij. noc. añ. Longā viā ꝑtransijt maria mōtes circuit hilaris laborādo: honores mūdi respuit deuotiōeȝ tenuit celica meditādo. ps. Bn̄dixisti dn̄e. Añ. Tūc ad sermonē virgīs dabat̄ donū flamīs matri simul ⁊ proli hec puero ⁊ de regina poli ps. Fūdamēta. Añ. Adest mira credulitas

ac virginis fecūditas p exēplū mon
stratū cōcepit prius sterilis q mos ē
īpossibilis nisi per verbū datū3. ps.
Cantate. j. añ. Fit nature propinq
us q sterili sit fili⁹ q̄3 virgo fiat pre
gnās: s3 nihil impossibile deo nec in
factibile p verbū suū ditās. ps. Dñs
regnauit exul. Añ. In tēplū dei
gradib⁹ ter qnis erat adit⁹: quos cō
posiß gressib⁹ ascēdit fulta celit⁹. ps.
Cātate. ij. Añ. Nihil i solētie vir
go pretendebat: nam lux sapiētie i ip
sa fulgebat. ps. Dñs regnauit.
irascātur populi. ℣. Benedi
cta tu in mulieribus. ℟. Et benedi
ctus fructus ventris tui. Lectio. v.

MAnsit tribus mēsib⁹
non q domus eā de
lectaret aliena: sed quia fre
quenti⁹ videri in publico di
splicebat. Didicistis virgīes
pudorē marie: Discite humi
litatē: Uenit ppinqua ad p
ximā: iunior ad seniorē3: nec
solū venit sed etiā salutauit.
Decet enim vt quāto castior.
virgo tanto humilior sit: ℟.
Rosa de spinis prodijt virga de iesse
floruit: maria visitauit: vis odoris dif
fūditur tota domus perficit Gratia
cū intrauit. ℣. Miranda salutatio
fit plebi congratulatio que fructum
expectauit. Gratia cū. Lectio. vj.

NOuerit deferre senio
ribus: sit magistra hu
militatis in qua ē pfessio ca
stitatis. Est ⁊ causa pietatis:
est etia3 norma doctrine. Cō
tuendū ē enim quia superior
venit ad inferiorē vt inferior
adiuuetur. Maria ad helisa
beth: xp̄s ad ioannē3. ℟. Oc
casum virgo nescit velut lux mundo
profluit de summo fundens lumen:
Helisabeth applicuit. Deuotos sibi
attrahit de celo pandens numē. ℣.
Spiritus rapit symbola celestibus
conformia tanq̄3 aquarum flumen.
Deuotos sibi. Lectio septima.

DEniq3 etiam postea vt
sanctificaret baptismū
ioānis: dñs venit ad baptis
mu3. Scito quoq3: aduētus
marie ⁊ presentie dñice bene
ficia declarātur. Simul eni3
vt audiuit salutationem ma
rie helisabeth. exultauit in
fans in vtero eius ⁊ repleta
est spiritu sancto helisabeth
⁊ exclamauit voce magna ⁊
dixit ad mariā. Uide distin
ctiōes singulorū q3 verborū
proprietates. Uocem prior
helisabeth. audiuit. sed pri
or Johannes gratiam sensit.
℟. Thronu3 lucis prospexerat. que

vt aurora fulserat sole mane surgen-
te: Helisabet vbi vidit verbaqz pa-
lam protulit speculo suadente. ℣.
In marie presentia plura patent la-
tentia helisabeth dicēte: Helisabeth
vbi. Lectio octaua.

Illa nature ordinē au-
diuit: iste exultauit rōne my-
sterij. Illa marie: iste domini
sensit aduentum. Femina mu-
lieri ꝛ pign⁹ pignori. Iste gra
tiam loquūtur: illi intus ope
rāt: pietatisqz mysteriū ma-
ternis adoriuntur profecti-
bus: dupliciqz miraculo pro
phetant matres spiritu par-
uulorꝫ. Exultauit infans: re-
pleta mater ē. Non pri⁹ ma-
ter repleta ꝙ filius: sed cum
filius esset replet⁹ spiritu san
cto repleuit ꝛ matrē. ℟. Stel
la sub nube tegitur maria mundo e-
mitur: rutilans in splendore helisa-
beth perducitur. Ad solamē lux spar
gitur roborans in vigore. ℣. Lu-
na soli cōiūgiť helisabeth deuoluitur
concremans in amore. Ad solamen
Gloria patri Ad solamē lux spargiť.
Ad can. aň. Flos in floris tempo
pore ad locuz floris mittiť: sic de flo
ris corpore gloriose cōcipitur. Can.
Audite me. ℣. Post ptū virgo
inuiolata permansisti. ℟. Dei geni-
trix intercede pro nobis. Lectio.
sancti euangelij secūdū lucā

In illo tēpore: Exur-
gens maria abijt i mō
tana cuz festinatōe in ciuitatē
iude ꝛ intrauit i domū zacha
rie ꝛ salutauit helisabeth. Et
reliqua. Homelia lect. eiusdē
veň. bede presbyteri. Lect. ix.

Ista lectio sancti euan
gelij fratres charissimi
manifestat nobis ꝙ beatissi
ma virgo maria postꝙ co-
gnouit se eē grauidam de fi-
lio dei: nullo modo se in su-
perbiā eleuauit: sed oēm hu-
militatem demōstrauit sicut
dixit scriptura: Quanto ma
ior es humilia te in omnib⁹.
Nos legim⁹ ꝙ angelus ve-
nit ad eam ꝛ annūciauit ei ꝙ
ipsa deberet parere filiū dei:
ꝛ cū oī hūilitate ipsa rñdit se
eē ancillā dei. ℟. Mente san-
cta fuit ꝛ humilis omni splendens or
natu gratie virgo pia vnde sit nobis
Thronus dignus regis glorie. ℣.
Thronus eburneus cum auro fulgi-
do: venter virgineus cum corde pro
uido. Thronus dignus. Lectio. x.

Postꝙ angelus recessit
ab ea. illa subito exur-
gens abijt in montana cū fe-

stinatiõe ꝛ intrauit in domuz zacharie ꝛ salutauit helisa-beth. In isto loco ostenditur nobis exẽplum quia in mẽte nostra suscipe verbuz dei debemus: ꝛ omnẽ vanitatẽ huius vite debemus spernere ꝛ ad celsitudinẽ bonorum operum cũ festinatiõe ascẽdere.

℟. O q̃ purã q̃ sctãz decuit matrẽ eẽ q̃ deũ genuit lacte quoqꝫ vberalit Strixit vlnis manib⁹ tẽuit. ℣. Tãto regi fit domestica quẽ vestiuit hũana tunica. Strixit vlnis. L. xj.

Charissimi sẽp habeamus i mẽte nostra humilitatez beate marie vt mereamur puenire in ciuitatem dei ꝛ gaudere cũ fidelib⁹ suis. Beata maria dignata est venire ad helisabeth ꝛ dñs noster ad ioannem: propter hoc vt helisabeth impleret spũ sancto: ꝛ ioannes i vẽtre matris sanctificaret. Et factũ est vt audiuit salutatiõez marie helisabeth: exultauit infans in vtero eius: ꝛ impleta est helisabeth spiritu sancto.

℟. Helisabeth ex ope signorũ dat pro pignore mariaz inuocare: Quã gratia constrinxerat ꝛ pietas cõmouerat vetulam visitare. ℣. Nullus diffidat hodie ad mariã cõfluere sibiqꝫ supplicare. Quam. Lect. xij.

Postq̃ btã maria aperuit os suum ad salutandum statiz helisabeth impleta ẽ spũ sancto ꝛ btẽs ioãnes silr est repletus spũ scõ qꝛ intellexit in ventre matris ipsum eẽ deũ oĩuz seculorũz: quem ipsa virgo portabat i vtero. Et exclamauit helisabeth voce magna ꝛ dixit: Benedicta tu inter mulieres et benedictus fructus ventris tui.

℟. Oẽs gẽtes attẽdite ad tam pulchrũ spectaculũ: deo grãs agite q sic dilexit populũ: Marie formaz sumite q̃ virtutũ ẽ speculũ. ℣. Uirgo sancta tẽplo data post facta ẽ dei templũ: tẽplũ ẽ plebs deo grata marie sequẽs exẽplũ. Marie formã su. Gloria patri. Marie. Scdm lucã.

In illo tpe: Exurgens maria abĳt in mõtana cum festinatiõe in ciuitatẽ iuda. Et intrauit i domũ zacharie ꝛ salutauit helisabeth. Et factum est vt audiuit salutationem marie helisabeth. exultauit in gaudio infãs i vtero eius ꝛ repleta est spiritu sancto helisabeth. ꝛ exultauit voce magna ꝛ dixit: Be-

nedicta tu inter mlieres ⁊ bñdict⁹ fructus ventris tui. Et vñ hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me. Ecce eim vt facta ē vox salutatiōis tue i aurib⁹ meis: exultauit i gaudio ifās i vtero meo. Et btā q̄ credidisti: qm̄ pficient ea q̄ dicta sūt tibi a dño. Et ait maria: Magnificat aīa mea dominū: Et exultauit spūs me⁹ in deo salutari meo. Amen. Te decet laus. Collā. Oṗs sēpiterne de⁹ q̄ ex abūdan. regre. s. in primis vespis. In lb⁹ añ. Sacra dedit eloquia maria responsoria helisabeth laudanti clamauit deo canticū magnificādo dñz desursum bona danti allā. Caplz.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatē odoris ⁊c. ℟. Aue maria gratia plena Dominus tecum. ℣. Benedicta tu in mulieribus. Dominus. Hymn⁹

De facto tabernaculo vtutū flos egredit in mōtis diuerticulo odor maria spargit. Ex charitatis germine helisabeth appropiat: ⁊ pietatis culmie ipaz deuote visitat. Salutat seruaz dña hec matrē xp̄i nomiat: ɔfert ingēs gratia matrē ⁊ plē sanctiat. Hec eu xp̄i incarnatio p nōdū natū pandit: hūc adorat cū gaudio q̄ vētre matris claudit. Clamat senex i iubilo vidēs marie gloriā: beata credēs angelo fecisti, rē veridicā. Hic stupet rex regſa nature mutās ordinē: vbi fiunt miracula p solū celi princīpem. Presta vgo p̄ssima sufficiēs auxiliū: cū sis mat largissima nos visites i seculum Amen. ℣. Speciosa facta es ⁊ suauis. ℟. In delitijs tuis sancta dei genitrix. Ad bñs añ. Adiutrix visitatio ⁊ frequens ministratio helisabeth oblata mariam dat p pitiam ad impetrandam gratiam cū fuerit vocata: nam mater est ecclesie fluctuantis nauicule subditos gubernando proptosuo regimine dirigētiq flamine deuios visitando allā. Collā. q̄re in primis vespis vt. s. Ad primam aña. Tunc exultauit animus cum ipsius sit fili⁹ angelo nunciante ancilla dei credidit confestim verbum genuit maria supplicante. Ad tertiam. Hymn⁹.

O Dei sapientia attingēs cūcta fortit hūani lapsus vitia subleuasti suauit. Sumpsisti formam hois in qua mortē suscipes: ex aluo

nascens virginis ne consors culpe fieres. Replēs matrē dulcedinis dono dum aluo claudit: sic plena bonis iclitus vt stella fulgens oritur. Amoris dn̄s indicia certa tā efficaciter: tota nostra preconia ad te traxisti dulciter. Gloria tibi dn̄e qui nat⁹ es de virgine: idē manēs in numine patri cum sancto flamine. Amen. An̄. Uera humiliatio fuit christi conceptio deo respiciente ex hoc laudabunt singuli mariam matrem seculi ipsamet sic dicente. Cap̄. Ego quasi vitis ꝛc. ℣. Aue maria. Coll'a. vt. s̄. Ad. vj. an̄. Magna perfecit dn̄s in marie virtutibus deū cōcupiēdo: fit mater plena gratie ꝛ impetratrix venie omnibus miserando. Capitulum.

TRāsite ad me oēs qui ꝯcupiscit[is] me ꝛ a generationibus meis adimplemini: spiritus enim meus super mel dulcis ꝛ hereditas mea super mel ꝛ fauuz: memoria mea in generatione seculoꝝ. ℣. Benedicta tu in mulierib⁹ ꝛ benedictus fructus ventris tui. Col'.

COnceḋ misericors deus fragilitati nostre ꝑsidiū: vt qui sancte dei genitricis visitationē celebram⁹: intercessionis eius auxilio a nostris iniq̄tatibus resurgamus. Per eundē. Ad. ix. an̄t. Maria tribus mensibus quasi stetit laboribus helisabeth subdēdo: facta post reuerētia reuersa est ad ꝓpria deuote contemplando. Capitulū.

QUi edūt me adhuc esurient ꝛ q̄ bibūt me adhuc sitient: qui audit me non ꝯfundetur: ꝛ qui operātur in me nō peccabūt: q̄ elucidant me vitā eternā habebūt. ℣. Post partum virgo inuiolata permāsisti. ℟. Dei genitrix intercede ꝓ nobis. Coll'a. Cōcede nos famulos tuos q̄s dn̄e. ac. vt. s̄. in natiuitate eiusdem. Ad vš sup ps an̄. Fons hortorū redundans gratia mundū replēs celi muneribus: mater dei fecundās omnia nos instaurans supernis sedibus florēs hortus mox ab infantia admirādis fulsit virtutibus. An̄. Roze celestis gratia in vtero ꝯfundit: mater misericordie vt stella splendens orit. An̄. A pijs parentibus votis impetrata: templi penetrabilibus ē trimā dicata. An̄. Tantilla puellula virtutis exemplum nulla freta gerula ascendit in templum. Cap̄. Ego quasi vitis ꝛc. require in pri

mis vespis. ℟. Post partū virgo Inuiolata pmansisti. ℣. dei genitrix intercede pro nobis. Inuiolata Hy⁹. In maria vite via ꝛc. require .s. ℣. Speciosa facta es ꝛ suauis. Ad magt añ. Jesu redēptor optime ad mariā nos imprime vt mūdi aduocata pari forma nos visitet: sicut fecit helisabeth per sūmā pietatē mores ꝛ act⁹ dirigat ꝛ ad celos alliciat per gratiā collatā. Col. Oṗs .s. de⁹ q̄ ex abun. Ordo priuatis dieb⁹. Ad noct. Hy⁹ O xp̄i mat. Sup ṗos añ. Ex quo facta est vox salutationis tue in aurib⁹ meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo all'a. Añ. Beata es maria que credidisti: perficientur in te que dicta sunt tibi a dño all'a. Añ. Beatam me dicēt omnes generatiōes qꝛ ancillam humilē respexit deus. ℣. Aue maria ꝛc. Lectio.

Que ē ista que pgredit quasi aurora ɔsurgēs pulchra vt luna electa vt sol terribilis vt castrorū acies ordinata. Uiderunt eā filie syon ꝛ beatissimā predicauerūt: regine ꝛ cōcubine laudauerunt eā. ℟. Uisitatio tua Dei genitrix virgo. ℣. Gaudium annūciauit vniuerso mūdo. Dei genitrix In .ij. noct. sup ṗos ant. All'a. iij. Cap. Ecce iam vēit plenitudo ꝛc. vt i nat. eiusdē. ℣. Benedicta tu. Coll'a. Deus q̄ virginalē aulā. vt i nat. eiusdem. In lb⁹ aña Sacra. Cap. Magnū pietatis sacramentū ꝛc. vt in natiuitate eiusdē Ad bñs priuatis diebus añ. Benedictus virginis filius replens matrem misericordia aduocatā dās hāc propicius nescit quisq̄ anceps de venia. Ad horas diei antī. cap. ℣. coll. sicut in die prima. Ad magt priuatis dieb⁹ aña. Noue laudis adest festiuitas grata mundo ac celi ciuibus: qua beate marie sanctitas templo data est a parentib⁹: vt oliue pinguis suauitas vberius redundat fructibus. Sabbō īfra octauā Ad magnificat vt i primis vesperis añ. Accelerat rō. Dñica .j. oct. añ. Accelerat rō. Dñica .j. oct. inuit. Regina celi ꝛc. In prio noc. sup ṗos añ. Comedi fauū Añ. Alia mea liq̄fcā. Añ. Talis ē dilectus me⁹. ℣. Aue maria. L .j.

Quis aūt frēs mei dicē qs estimare sufficiat q̄ tūc gratia sp̄us dei genitricē repleuerit cū tāta in matre precursoris lux doni celestis emicuit. Uerū audiamus verba q̄ dixit: si forte ex his va-

leam⁹ aliquantulũ dinoscere quid intus habuerit. Le. ij. Audita ergo rñsiõe helisabeth qua eam inter mulieres beatã predicauit: matrẽ domini sui cognouit: fide forte laudauit: ad cuius ingressuz seipam cũ filio spiritu sancto repletã esse signauit. Le. iij. Nõ amplius tacere potuit dona que pceperat: sed q̃ semper animo gerebat: vbi aptũ tẽpus inuenit ẽt deuota oris pfessione patefecit. Le. iiij. Ut nãq3 virginalez decebat pudorẽ: acceptum diuinitus oraculuz aliquandiu silẽtio tegebat archanum: mysterij celestis in sui pector abdito venerabat occultum. Expectabat reuerenter donec ipse bonorꝫ distributor quid sibi doni specialis tribuisset: q̃d secreti reuelasset quãdocũq3 vellet oñdẽ. In. ij. noct. sup pos. añ. Descendi in ortũ nucuz. Añ. Hortus ɔclusus es Añ. Btã pgenies vñ xp̃s. ℣. Benedicta tu. ℟. In natiui. eiusdẽ. Lect. v. ET postq̃ eadẽ que sibi erant carismata prescita p alios spũ reuelãte eẽ patefacta cernebat: mox ip̃a thesaurꝫ celi quẽ i corde fuabat apuit. Ait ergo: Magnificat aĩa mea dñz ⁊ exultauit spũs me⁹ in deo salutari. Lect. vj. Mater xp̃i primo sibi dona spẽaliter ɔcessa cõfitet: deinde generalia dei bñficia q̃b⁹ generi humano in eternũ ɔsulẽ nõ desistit enumerat. Le. vij. Eius autem anima dominuz magnificat: q̃ omnes interiores hominis sui affect⁹ diuinis laudibus ac seruitijs mancipat: qui obseruantia preceptorum dei semper ei⁹ potentiam maiestatis se cogitare demonstrat. Lect. viij. Eius spiritus in deo salutari suo exultat quem nihil in trenis libet: nulla caducarũ rerũ affluẽtia emollit: nulla aduersitas frãgit: sed sola illius a quo salus eterna spat sui cõditoris memoria delectat. Ad canti. añ. Alla. Can. Audite me ⁊c. ℣. Post ptum Scdm lucã. In illo tẽpore: Exurgens maria ⁊c: vt in die. In lb⁹ añt. Alla. ps. Miserere. Caplm. Signum magnũ apparuit in celo. ℟. vt in natiuitate beate marie. Cetera oĩa vt in die. Ad horas

dici. añ. Alia. Ad vos sup bos añ. Fons hortorum. Cetera vt in die. In oct. oia fiãt sicut die prima preter has lectiões. Le. j.

Bonifaci⁹ eps seru⁹ seruorũ dei: vniuersis patriarchis archiepis epis et aliorum ecclesiarum plati 7c. Monem⁹ 7 hortamur in dño per aplica scripta in vtute sancte obediẽtie districte pcipiendo mãdam⁹ 7 in remissionẽ peccaminũ iniũgẽtes quatin⁹ tã gloriosum festũ 7 celebre annis singulis sexto nonas iulij vt prefertur deuote 7 solẽniter celebretis ac ieiuniũ vigilie hmõi suadeatis in augmẽtũ meriti obseruari: 7 faciat per vniuersas ecclias vestrarum ciuitatũ 7 diocesuz celebrari ac offm̃ pagi supradictuz vt pia virgis itercessiõe ipsi xpi fideles 7 hic a noxijs ptegi 7 futura sempiterna cõsequi gaudia mereantur. Lect. ij.

Beatissima di genitrix a suis primordijs dño consecrata: ppter bñficia eius inaudita exibita populo ẽ iuocãti. Oẽs eim i necessitate ɔstituti ad eã ɔfugiũt tãq ad singulare remedium vbi humanum nõ sufficit requisitũ. Le. iij.

Disponit nãq oia iseriora sua sapientia: pudentia: idustria 7 gratia ppulsata. Ubi gubernatrix seculi 7 terrene potentie: Maria. Ubi mater militantis ecclesie: Maria. Ubi aduocata sclĩ: Maria.

Huius rei cõsidera- L. iiij. tione vrbanus roman⁹ pontifex sext⁹: diutius ferẽs maculam scismatis ocurrentem ppendensq aio perspicaci q beata maria sit pijssima aduocata delinquentiuz viatorum: reparatrix sagacissima discrepantiũ animorum 7 visitatrix diligentissima errãtiũ singulorum pro gratia extinctionis scismatis ipetranda. Considerauit nimirum prefatus papa q ex quo dominum in sanctis suis laudare iubemur. q̃to magis in veneratiõe beate marie virginis matris ipsi⁹ exultantib⁹ animis collaudare 7 ei⁹ laudis augẽdo titulos gratias inferre quẽ genuit filio debeam⁹. Lect. v.

Et licet festũ pdictũ illo tẽpore post annũciatõez dñicã quo ipsam sanctã helisabeth vt pfertur visitauit

debuerit celebrari: qz tamen eccl'ia tunc circa officiũ quadragesimale aut passiõez xp̃i specialiter occupat. Lect. vj.

Ne tam officij solẽnitas p̃termittat: ad laudẽ & gloriã virginis gloriose statuit idez papa visitatiõis prefati memoriã i crastinũ octauaꝝ sancti Joãnis baptiste a cũctis fidlib⁹ celebrari. Lectio. vij.

Suasit ẽt & ꝯsuluit idem roman⁹ põtifex vrban⁹ sextus & ipsi⁹ festi vigilia vt vigilia natiuitatis & assũptiõis predicte v̾ginis ẽt in obseruatione ieiunij ꝺuoti⁹ obseruaret. Et mandauit ꝙ si'le ñ tñ duplex offm̃ absqz alicui⁹ sancti commemoratõe exceptis primis vesperis ante octauã ap'loꝝ petri & pauli & offõ toti⁹ diei octaue cũ cõmemoratiõe tñ eiusdẽ noui festi p septẽ dies sequẽtes i dei eccl'ia cũ celebritate debita ꝺcãtaret. L. viij.

Ut aũt oĩs fidliũ m'ltitudo ad memoriã p̄fate visitationis b'te marie ad helisabeth arti⁹ & deuoti⁹ excitet: voluit idẽ roman⁹ põtifex vrbanus sext⁹ & oib⁹ vere ꝯfessis & cõtritis dictum festũ visitatiõis b'te marie cũ octauis celebrãtib⁹ loco distributionũ maternaliũ in ecclesijs fieri ꝯsuetis de thesauro spũali ecclesie vere indulgẽtie sicut in festo corporis xp̃i futuris temporibus effectualiter largirentur. Hoc autez festũ & largitionẽ indulgẽtiaꝝ dñs bonifacius papa nonus eius imediatus successor priori deuotione accensus futuris tẽporib⁹ confirmauit. Cetera oĩa sicut in die. Per octauaz apostoloꝝ in lb⁹ añ. Petrus apostolus & paulus doctor. Ad vesperas añ. Gloriosi p̄ncipes. ℣. Nimis hono. Collecta.

Deus cui⁹ dextera beatũ petrũ ambulãtẽ in fluctibus ne mergeretur erexit et coapostoluz ei⁹ paulum tertio naufragantẽ de profũdo pelagi liberauit: exaudi nos ꝓpici⁹ & cõcede: vt amboruz meritis eternitatis gl'iam consequamur. Qui vi. In translatiõe sci martini ad vs ꝯmõ Aña. Sacerdos dei Martine pastor egregie ora pro nobis deuz. In lb⁹ añ. O martine opie: ꝙ̃ pium est gaudere de te o Martine: prophetis cõpar: apostolis ꝯsertus: pre-

sulum gēma fide et meritis egregius pietate misericordia charitate ineffabilis succurre nobis nūc et ante deū ℣. Ecce sacerdos magnus. Collecta. Deus q̄ cōspicis q₂ ex nulla etc. In octaua apostolo℞ petri et pauli ad vš Cap

Hi sunt viri misericordie quo℞ iusticie obliuionē nō acceperūt: cu₃ semine eo℞ pmanēt bona hereditas sancta nepotes eorū. ℟. In oē₃ terrā. Hy⁹ aplo℞. passio. ℣. Nimis hono. Ad magt. añ. Gliosi pricipes. Coll'a. De⁹ cuius dextera. vt. s. Inuitat. Gaudete et exultate. ps. Uenite. Hym⁹ Aplorum passio. In j. noct. añ. In oēm terrā. De cetero vt in cōi aplo₂u₃: sed lectiōes iste legantur. Sermo btī augu. epī. Lect. j.

Natalē hodie iuuāte domino aplo℞ celebram⁹ quorū memoriā vniuersus mundus amplectitur et equali fide dū fine₃ in his seculo℞ vi te recolit: perpetuitatē celestis glorie confitetur. Lectio. ij.

Pauli hodie natal'ē. Et q̄s ista taceat: Petri festiuitas ṽtit queadmodū ille ṽba ñ suggerit ō cu⁹ ore cōfessio fi dei salutar̄ exiuit: cū diceret tu es xp̄s fili⁹ dei viui. Preciosā plāe i ɔspcū dñi mortē sācto₂um felici suo exitu comprobarunt. Lectio tertia.

Paulus inquā vas electōis petrus clauicularius dominice mansionis. vnus piscator: ali⁹ psecutor: paulus cecatus ē vt videret: petrus negauit vt crederet. Lect. iiij.

Paulus p⁹ psecutione eccl'ie ad fidē xp̄i dñi se cōuertens: tm̄ humilis fact⁹ ē defēsor veritatis quātū pertinacior fuerat cultor erroris. Lectio. v.

Petrus piscator ministeriu₃ ñ deposuit s₃ mutauit: q₂ primus honore sacerdotij numerat⁹ fōtes poti⁹ cepit amare q̄ₚ maria. vt ñ tā abstraheret quos occideret: sed mergeret quos lauaret. Lect. vj.

Beati plane i admistratiōe doctrine positi: beatiores in mortis desiderio constituti. ibi ei₃ gl'ia nutritur: hic traditur. In secl'o exercitatio. L. vij.

tribulatiōis ē: i morte assumptio maiestatis. Ecce transijt p oēs terras sonus eo℞: vbiq₃ laus vtriusq₃ colligit: vbiq₃ linguis fideliū triūpho₂um

materia explanatur Le. viij.
Quis hos audeat mortuos appellare: quorum fide vniuersus ad vitaz mundus erigit atq; ad illā supni luminis inuisibilem mansionem talib⁹ doctorib⁹ secura ābitiōe se stinet. Ad cant. aā Hi sunt viri misericordie. Canti Uos sancti domini. ℣. Annunciauerunt opera. Secundū mattheuz.
In illo tpe: Jusit iesus discipulos suos ascendere in nauiculam ⁊ p̄cedere eum trans fretū donec dimitteret turbas. Et reli. Homel. lect eiusdē bti aug. epi. L. ix.
Cum sanctū euāgeliū legeret: audiuim⁹ nauicellā periclitātē: xp̄m periclitantibus subueniētē: petrū venīēti xp̄o occurrētez: in q̄bus oibus miraculū spectauim⁹ mysteriū requiram⁹. Lect. x.
Quando enim possimus de diuinis operib⁹ q̄ legūt intellectū alicui⁹ mystice significatiōis exculpe q̄si de abstrusis fauoꝝ cellis mella p̄ducim⁹ vel xp̄i discipulos imitantes spicas manib⁹ ꝯfricam⁹ vt ad latētia grana p̄ueniamus ⁊ in eis vitā inueniam⁹. Le. xj.
Ascēdit ergo dn̄s noster iesus xp̄s vt lectū ē in mōtē solus orare. Mons altitudo ē.
Quid eizi hoc mūdo L. xij. alti⁹ celo: Quis vō i celū ascē dit: nouit optie fides vestra.
Secūdum mattheuz.
In illo tpe: Jussit iesus discipulos suos ascendere in nauiculam ⁊ precedere trās fretum donec dimitteret turbas. Et dimissa turba ascendit in montem solus orare. Uespere autem facto solus erat ibi: nauicula autem i medio mari iactabatur fluctib⁹ Erat autem illis contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare. Et vidētes eum supra mare ambulātem turbati sunt dicentes: q2 fantasma est. Et p̄ timore clamauerūt. Statimq; iesus loquutus est eis dicens. Habete fiduciam: Ego sum nolite timere. Respondens autez ei petrus dixit: Dn̄e si tu es iube me venire ad te sup aq̄s. At ipse ait. Ueni ⁊ descendēs petrus de nauicula ambulabat sup aquaz vt veniret ad iesum: Uidens vero ventum

Ad vesperas añ. Iste sanct⁹ pro lege dei sui certauit' vsq ad mortem ⁊ a verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmaꝫ petram. Añ. Qui odit animam suam in hoc mundo in vitam eternaꝫ custodit eam. Añ. Iste cognouit iusticiam ⁊ vidit mirabilia magna ⁊ exorauit altissimum ⁊ inuentus est in numero sanctorum. Añ. Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit ipsum solum manet. Capitulum quod dictuꝫ est in laudibus dicatur. ℞. Gloria ⁊ honore. Hymnus. Deus tuorũ militum. ℣. Iustus ger. Ad magt añ. Hic est vere martyr qui pro christi noĩe sanguinẽ suum fudit qui minas iudicum nõ timuit: nec terrene dignitatꝭ gliã q̃siuit sed ad celestia regna feliciter peruenit. Coll'a que dicta ẽ in lau.dicatur. ¶ In vnius martyris nõ põtificis ⁊ in sancti thome martyris ad vtrasq vespas in laud. ⁊ ad.iij. Cap.
Iustus si morte preoccupatus fuerit in refrigerio erit: senectus enim venerabilis est nõ diuturna neq numero annorum computata. ℞. Gloria ⁊ honore. Hymnus. Deus tuorum milituꝫ. ℣. Iustus germinabit. Ad magt añ. Beat⁹ vir q suffert. Coll'a
Adesto domine supplicationibus nostris: vt qui ex iniqtate nostra reos nos esse cognoscim⁹: beati ill'.martyris tui intercessione liberemur. Per. Añ. ℞. ℣. ⁊ cetera necessaria sicut superius in vni⁹ martyris pontificis. Ad sextam cap.
Beat⁹ vir qui iuẽt⁹ est sine macula ⁊ qui post aurum nõ abijt nec spauit i pecunie thesauris. qs est hic ⁊ laudabimus eũ: fecit eiꝫ mirabilia in vita sua. ℣. Posuisti dñe.
Deus qui nos Coll'a. beati ill'.martyris tui cõcedis natalicio pfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per. Ad nonam caplm

Beatus vir qui inuenit sapiētiam ꝛ qui affluit prudētia: melior est acq̄sitio ei⁹ negociatiōe argēti ꝛ auri. ℣. Magna est gloria ei⁹. Colla.

Presta q̄s op̄s de⁹: vt intercedente beato ill. martyre tuo: ꝛ a cunctis aduersitatibus liberemur ī corpore ꝛ a prauis cogitationibus mūdemur in mēte. Per.

Cetera oīa vt ī natali vnius martyris pōtificis. ¶ In natali plurimorum martyrū ad vespas cap̄. Fabiani ꝛ sebastiani: Joānis ꝛ Pauli Cap̄.

Sancti per fidē vicerūt regna: opati sunt iustitiā: adepti sūt repromissiōes in xp̄o iesu dn̄o nostro. Dyonisij sociorūq; ei⁹ Aliud cap̄.

Iustorum anime in manu dei sunt ꝛ nō tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipiētium mori illi autem sunt in pace. ℟. Lauerunt stolas suas Et candidas eas fecerunt in sanguine agni. ℣. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione ꝛ lauerunt stolas suas. Et cādidas. Hy⁹. Eterna. ℣. Iusti in ppetuū viuēt. ℟. Et apud dominū est merces eorū. Ad mag̃t añ. Isti sūt scī q pro testamēto dei sua corpora tradiderunt ꝛ in sanguine agni lauerūt stolas suas. Colla.

Deus qui nos annua sanctorū tuorū dyonisij sociorūq; eius solēnitate letificas: cōcede ppitius: vt quorū gaudemus meritis: accēdamur exēplis. Per. Inuitato. Regē martyrū dn̄m. Uenite adorem⁹. ps. Uenite. hymn⁹. Eterna. In primo noct. añ. Sec⁹ decursus aquarū plātauit vineam iustorū sed in lege dn̄i fuit voluntas eorū. ps. Beatus vir. Añ. Predicātes pceptum dn̄i cōstituti sunt in mōte scō ei⁹. ps. Quare fre. Añ. Filij hominū scitote quia dn̄s scōs suos mirificauit. ps. Cū inuocarē. Añ. Letent omēs qui sperant in te dn̄e quoniā tu benedixisti iustis: scuto bone volūtatis tue coronasti eos. ps. Uerba mea. Añ. In vniuersa terra gloria ꝛ honore coronasti eos. ps. Dn̄e dn̄s noster. Añ. Sāctis qui in terra sunt eius mirificauit oēs volūtates meas inter illos. ps. Conserua me. ℣. Exultēt iusti in conspectu dei. ℟. Et delectēt in leticia. Sermo scī augustini epī. Lect. j.

Psalmus qui cantatur domino videt sanctis martyribus conuenire. Sed si membra christi sumus si-

eut esse debemus: ad omnes nos pertinere intelligamus. R. Absterget deus omnem lachrymā ab oculis sctōꝝ ꝛ iā nō erit neq̄ luct⁹ neq̄ clamor: s3 nec vll⁹ dolor Qm̄ priora trāsierūt. V. Nō esurient neq̄ sitiēt āpl'ı ꝛ n̄ cadet sup illos sol neq̄ vllus estus. Quoniā. L. ij.

Qui semināt in lachrymis in gaudio metēt. Euntes ibant ꝛ flebant mittentes semina sua. Uenientes autem veniēt cum exultatione tollentes manipulos suos. R. Uiri scti gloriosū sāguinē fuderūt pro domino: amauerūt christum in vita sua: imitati sunt eum in morte sua: Et ideo coronas triūphales meruerunt. V. Unus spiritus ꝛ vna fides erat i eis. Et ideo. L. iij.

Uo euntes ꝛ vnde venientes: Qui seminātes in lachrymis: Que sūt semina: Qui manipuli: Euntes in morte: veniētes a morte. R. Tradiderunt corpora sua ꝑpter deū ad supplicia. Et meruerunt habere coronas perpetuas. V. Immania enim pro xp̄o in suis corporibus ꝑtulerūt in tormēta. Et. L. iiij.

Euntes nascēdo: veniētes resurgendo. Seminantes opera bona: metētes mercedem eternā. R. Sancti tui dn̄e mirabile cōsequuti sunt iter seruiētes preceptis tuis Ut inuenirētur illesi in aquis validis terra apparuit arida ꝛ in mari rubro via sine impedimēto. V. Uictricem manum tuā laudauerūt pariter ꝛ decātauerunt dn̄e nomē sanctum tuum Ut inuenirentur. In. ij. noct. añ. Uia iustorum recta facta est ꝛ iter sanctorum preparatū est. ps. Dn̄i est terra. Añ. Justi autem in ꝑpetuum viuēt ꝛ apud dn̄m est merces eorum. ps. Exultate iusti. Añ. Justorum anime in manu dei sunt ꝛ non tanget illos tormentum malicie. ps. Benedicam do. Añ. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum all'a. ps. Deus noster refu. Añ. Dabo sanctis meis locū nominatū in regno patris mei dicit dominus. ps. Te decet. Añ. Sancti per fidem vicerunt regna: operati sunt iustitiam adepti sunt ꝑmissiones. ps. Deus venerunt. V. Justorum anime in manu dei sunt. R. Et nō tāget illos tormētum malicie. Le. v.

Semina nostra sunt q̄cquid boni fecerimus: manipuli nostri quod in fine recipiemus. Si ergo bona semina bona opa: quare cum lachrymis: cum hylarē datorē diligat deus: R. Uerbera

carnificū nō timuerūt sancti dei moriētes p xpi noie: Ut heredes fierāt i domo dñi. ℣. Tradiderūt corpa sua pter deū ad supplicia. Ut. L. vj.

H Ic primū videte frēs charissimi: quomodo maxie ad btōs martyres verba ista pertineant. Nulli enim tātū īpēderūt q̄ illi qui seipsos impēderunt: sicut dicit apostolus: Et ipse impendar pro aiab⁹ vestris. ℟. Hec est vera fraternitas q̄ nūq̄ potuit violari certamie: q effuso sanguine sequuti sunt dñm: Cōtēnētes aulā regiā puenerūt ad regna celestia. ℣. Ecce q̄ bonū ꝛ q̄ iocūdū habitare fratres in vnū. Cōtēnētes. L. vij.

I Mpēderūt eniz seipsos cōfitēdo xp̄z ꝛ implēdo eius adiutorio qd̓ dictū est. Ad mēsam magnaz sedisti: scito qm̄ talia oportet te preparare. Que est mensa magna nisi vn̄ accipimus corpus christi ꝛ sanguinem: ℟. Propter testamētū dñi ꝛ leges p̄rnas sci p̄stiterūt in amore frr̄nitat: Q: vn⁹ fuit semp spūs in eis ꝛ vna fides. ℣. Mēoria eor nō dreliquet ꝛ nomē eor i eternū manet. Quia. Lect. viij.

Q Uid est scito qm̄ talia oportet te p̄parare: nisi q beatus ioānes exposuit: sicut christus p nobis animaz suam posuit: sic ꝛ nos debemus pro fratribus animas ponere: Ecce quātū impenderunt martyres xpi. ℟. Iusti in ppetuum viuēt ꝛ apud dñm ē merces eor ꝛ cogitatio illor apud altissimū. Ideoq accipiēt regnū decoris de manu dñi. ℣. Detētauit illos ꝛ iuenit eos dignos se. Ideoq. Ad cant. añ. Isti sunt sancti qui pro dei amore minas hominum cōtēpserūt: sancti martyres in regno celorū exultāt cuz angelis: o q̄ preciosa est mors sanctorum qui assidue assistūt ante dñz ꝛ ab inuicē nō sunt sepati. Cant. Uos sci dñi vocabimini. ℣. Gloriosus deus in sanctis suis. ℟. Mirabilis in maiestate sua. Secunduz lucam.

I Nillo tempore: Descendēs iesus de monte stetit in loco campestri ꝛ turba discipulorū eius ꝛ multitudo copiosa plebis ab omni iudea ꝛ hierusalem ꝛ maritima et tyri et sydonis qui venerant vt audirent eū ꝛ sanarentur a langoribus suis. Et reliqua. Homelia lectionis eiusdem venerabilis bede p̄sbyteri. Lectio nona.

E Lecturus aplos dñs in mōtana subijt: tur

has vero docturus ad campestria rediit: quia non nisi in humili christum turbe videre sufficiũt. ℞. Sci p fidē vicerũt regna opati sunt iustitiā adepti sũt pmissiões ꝛ fortes facti sunt in bello: Oēs eim testimonio' fidei pbati sũt. ℣. Castra verterũt exteroꝝ effugarũt aciē gladij. Oēs. L.x.

NAz hec est norma quā sequut' apostolus ait Nō potui vobis loqui quasi spiritualibus: sʒ quasi carnalibus. Quasi paruulis in christo lac vobis potum dedi non escā. Nōdũ enim poteratis: sed nec nũc quidē potestis. ℞. Corpa scōꝝ in pace sepulta sunt ꝛ noia eoꝝ viuēt In generatiōe ꝛ generationē. ℣. Sapiētiā eoꝝ narrāt ppli ꝛ laudē eoꝝ pnũciat ecclesia. In. Lectio.xi.

APostoli autēʒ christi sm mattheũ quasi pfectiores ꝛ i mōte ꝛ apto saluatoris ore docti eē narrāt. ℞. Iustoꝝ aīe in manu dei sũt Et nō tāget illos tormētũ malicie. ℣. Uisi sunt oculis īsipiētiũ mori illi autem' sunt in pace Et non. Lec.xij.

UBi siquis diligentius vtrũqꝫ velit euangelistam perscrutari: potest intelligi cum in monte duodecim discipulos elegit e pluribus quos ꝛ apostolos nominauit: quod mattheus ptermisit: tunc illum habuisse sermonem quem mattheus iterposuit ꝛ lucas tacuit. ℞. Lauerũt stolas suas Et cādidas eas fecerũt in sanguie agni. ℣. Isti sũt q venerũt ex magna tribulatione ꝛ lauerũt stolas suas. Et can. Secundum lucaʒ.

IN illo tempore: Descendens iesus de monte stetit in loco campestri ꝛ turba discipulorum eius ꝛ multitudo copiosa plebis ab omni iudea ꝛ hierusalem ꝛ maritima ꝛ tyri ꝛ sydonis qui venerant vt audirent eum ꝛ sanarentur a langoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immũdis: curabantur. Et ois turba querebat eum tangere: quia virtus de illo exibat ꝛ sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat: Beati pauperes: quia vestrũ est regnum dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homies ꝛ cũ separauerint vos ꝛ exprobrauerit

 et eiecerint nomē vestrū tanquam malum propter filiū hominis. Gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces vestra multa est in celo. Item de martyribus. Lectiões ex homel. beati leonis pa. Lect. j.

Ait dominus discipulis suis: Beati mites quoniam ipsi hereditate possidebunt terrā. Mitibus atque mansuetis humilibus ac modestis et ad omnium iniuriarum tollerantiā preparatis possidenda terra promittit. ℟. Absterget deus. vt s. Lect. ij.

Nec parua estimāda est hec aut vilis hereditas tanquam celesti habitatiōe discreta sit cū regnū celorū nō alij itelligant itrare. ℟. vt s. Lect. iij.

Terra ergo promissa mitibus et in possessionem dāda mansuetis: caro sctōrum est: que ob humilitatis meritum felici resurrectiōe mutabit et imortalitatis gloria vestiet: in nullo iam spiritui futura contraria et cū volūtate animi perfecte vnitatis habitura consensum. Lectio. iiij.

Tunc enim exterior homo interioris hominis erit quieta et itemerata possessio: tūc mens vidēdo deo itēta nullis corporee infirmitatis impedietur obstaculis neciam dici necesse erit. Lectio qnta.

Corpus qd corrūpitur aggrauat aiam et terrena ihabitatio deprimit sensum multa cogitātem: quoniam habitatori suo non reluctabitur terra nec imoderatū aliqd ↄtra imperium sui rectoris audebit. Possidebūt eim illā Le. vj. mittes pace perpetua et nihil vnq̄ de eorum iure minuetur: cum corruptibile hoc induerit imortalitatem: vt periculum vertat in premiū: et quod fuit oneri sit honori. Lect. vij.

Beati qui esuriūt et sitiūt iusticiā: quoniā ipsi saturabuntur. Nihil hec esuritio corporeum: Nihil expetit sitis ista frenum: sed iustitie bono desiderat saturari. Lectio. viij.

Et in omnium occultorum introducta secreta ipso domino optat impleri. Felix mens q̄ hūc ↄcupiscit cibum et ad talem estuat potū quē vtique non expeteret si nihil de eius suauitate gustasset. Scdm matth.

In illo tpe: Uidens turbas iesus ascendit in montem. Et cum sedisset ac

cesserũt ad eũ discipuli eius. Et reliqua. Homel. lect. eiusdē beati leonis pape. Le. ix.

PRedicante dilectissimi dño iesu christo euangeliũ regni: ⁊ diuersos ꝑ totã galileam curãte langores in omnẽ syriã se virtutũ eius fama diffuderat ⁊ multe ex vniuersa iudea turbe ad celestẽ medicũ cõfluebant. L. x.

Quia enim turba est humane ignorãtie fides ad credenda que non videt ⁊ sperãda que nescit oportebat diuina eruditione firmãdos corporeis beneficiis ⁊ visibilibus miraculis icitari: vt cuius taꝫ benignam experiebãtur potẽtiam non ambigerẽt salutarem esse doctrinam. Lect. xj.

Qualis doctrina sit xpi sacre illius sentẽtie protestant: vt q̃ ad eternã btitudinẽ ꝑuenire desiderãt: gradus felicissime ascẽsiõis agnoscãt. L. xij.

Beati paupes spiritu quoniam ipsorum est regnum celoꝝ. De quibus pauperibꝰ veritas loqueretur forte eẽt ambiguuꝫ. Si dicẽs btĩ pauperes nihil adderet de intelligenda pauperuꝫ qualitate ⁊ sufficere videretur ad promerendũ regnũ celorũ ea sola inopia quaꝫ multi sub dura ⁊ graui necessitate patiuntur. Secundum mattheum.

IN illo tẽpore: Uidens turbas iesus ascendit in mõtem. Et cum sedisset accesserunt ad eũ discipuli eius Et aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu: quoniam ipsoruꝫ est regnũ celorum. Beati mites: quoniaꝫ ipsi possidebũt terram. Beati qui lugẽt: quoniam ipsi cõsolabuntur. Beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabũtur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam cõsequẽtur. Beati mũdo corde quoniam ipsi deuꝫ videbũt. Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur. Beati qui ꝑsequutionem patiuntur propter iusticiã: quoniam ipsoꝝ est regnũ celoruꝫ. Beati estis cum maledixerint vobis homines ⁊ persequuti vos fuerint ⁊ dixerint omne malum aduersum vos mẽtientes ꝓpter me. Gaudete in illa die ⁊ exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celis.

Itẽ in natali plurimoꝝ mar-

tyrū. Lectiones ex homelia beati gregorij pape. Lect. j.

Ait dn̄s martyrib⁹ suis: Trademini a parētibus ꝛ fratribus ꝛ cognatis ꝛ amicis ꝛ morte ex vobis afficiēt. Minorem dolorem mala ingerunt que ab extraneis inferuntur. ℟. Absterget deus ꝛc. vt supra. Lectio scda.

Plus vero in nobis ea tormenta seuiūt que ab illis patimur de quorum mentibus presumebamus: qꝛ cum dāno corporis mala nos cruciant amisse charitatis. Le. iij.

Hinc est enim qd̄ de iuda traditore suo ꝑ psalmistam dn̄s dicit: Et quidem si inimicus me⁹ maledixisset mihi: sustinuissem vtiq₃. Et si is qui oderat me super me magna loquutus fuisset: absconderem me vtiq₃ ab eo. Lectio. iiij.

Tu vero hō vnanimis dux meus ꝛ notus meus qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum consensu. Lect. v.

Omnes electi qꝛ sūmi capitis mēbra sunt: caput quoq₃ suum in passionibus sequuntur: vt ipsos aduersarios in sua morte sentiāt: de quorum vita presumebāt: ꝛ tanto eis crescat merces opis quanto eis virtutis lucrum ꝓficit ex aliene dāno charitatis. L. vj.

Sed qꝛ dura sunt que ꝑdicuntur de afflictione mortis: ꝓtinus consolatio subditur de gaudio resurrectionis cū dicit: Capillus de capite vestro non peribit. Lectio. vij.

Scimus fratres quia caro incisa dolet: capillus incisus non dolet. Ait ergo martyribus suis. Capillus de capite vestro non peribit: videlicet aperte dicens. Lectio. viij.

Cur timetis ne pereat qd̄ incisum dolet: quando ꝛ illud in vobis ꝑire non potest qd̄ incisum non dolet? Sequit: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Item plurimoꝝ martyrū. Sermo beati ioannis epi. Lectio. j.

Qui sanctoꝝ merita religiosa charitate miratur: quicūq₃ iustoꝝ gloriam frequenti laude colloquitur eorum mores sanctos atq₃ iustitiam imitet: quoniam quē delectat sancti alicuius meritum: delectare debet par circa cultū dei obsequium. L. ij.

Quare aut imitari debet si

laudat: aut laudare non de-bet si imitari detrectat: vt qui aliū laudat laudabilē se red-dat: ⁊ qui sāctoꝝ merita ad-miratur: mirabilis ipse vite sanctitate reddatur. Lect. iij.

Nam si propterea iustos fi-delesq3 diligimus: q in ipsis iustitiā fidēq3 suscipim⁹: pos-sum⁹ nos quoq3 esse qđ sunt si facim⁹ ipsi qđ faciūt. L. iiij.

Neq3 enim difficile nobis est qđ ab ipsis gerit imitari: cū sine p̄cedēti exēplo ab an-tiquis talia gesta ꝯspicimus: vt non ipsi alioꝝ emuli red-derent: sed emulande virtu-tis seipsos nobis preberent exēplū: vt dum nos ex ipsis ⁊ ex nobis alij proficiunt: sic christus in suis semper in ec-clesia laudetur. Lectio q̄nta.

Ab origine mūdi innocēs abel occidit: ⁊ enoc deo pla-cens transfertur: iustus noe īuenit: abraham fidelis pro-batur: moyses māsuetus di-noscitur: iesus castus: dauid lenis: helias acceptus: dani-el sanctus: tres pueri victo-res redduntur. Lectio sexta.

Apostoli discipuli xp̄i cre-dētiuz magistri habentur: ex quibus eruditi confessores fortissimi pugnāt: martyres perfecti triumphāt ⁊ xp̄iani semper exercitus dyaboluz deo armati debellāt. L. vij.

In istis semp pares virtu-tes: dissimiles pugne: glorio-se victorie. Vñ o tu christia-ne delicatus es miles: si pu-tas te sine pugna vicere: sine certamine triūphare. L. viij.

Exerce vires: fortiter dimi-ca: atrociter prelia: insta: con-certa: considera pactum: con-ditionez attende: militiaz no-sce: pactum qđ spopondisti: conditionem qua accessisti: militiam cui nomen dedisti.

Euangelium s̄m mattheum.

In illo tēpore: Videns turbas iesus ascēdit in montem ⁊c̄. vt supra. Et etiā euangeliū post Te deū lau-damus. idest Vidēs turbas iesus. Collecta que dicta est ad vesperas hic dicatur. In laud. añ. Sancti martyres quan-ta passi sunt tormenta vt securi per-uenirēt ad palmaz martyrij. Cap. quod dictuz est ad vesperas ⁊ coll'a dicant ad laudes ad tertiā ⁊ ad vesperas. ℟. Exul-tent iusti. In conspectu dei. ℣. Et delectentur in leticia. In conspectu dei. Hymnus. Tradunt igni

martyres. ℣. Justi in perpetuum viuēt. ℟. Et apud dominum est merces eorū. Ad bñs añ. Fulgebunt iusti ⁊ tanquā scintille in arūdineto discurrent iudicabunt nationes ⁊ regnabunt in eternuꝫ. Ad primam añ. Cum palma ad regna peruenerunt sancti coronas decoris meruerunt de manu dei. Ad tertiam añ. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt ⁊ viuent nomina eorum in eternum. Capitulū ⁊ collecta vt supra ad vesperas dicantur. ℣. Exultent iusti in cōspectu dei. ℟. Et delectentur in leticia. Ad sextam añ. Martyres dñi dño bñdicite in eternum. Ad .vj. cap̄. Fabiāi ⁊ sebastiani: Joānis ⁊ pauli ⁊ dyonisȳ.

Reddet deus mercedē laborum sanctorum suoruꝫ ⁊ deducet illos in via mirabili. ℣. Justoruꝫ anime in manu dei sunt. ℟. Et nō tāget illos tormētū malicie. Coll'a.

Adesto domine martyrum deprecatione sanctorū: ⁊ quos pati pro tuo nomine tribuisti: fac tuis fidelibus suffragari. Per. Ad nonam añ. Martyrū chorus lauda te dñm all'a. Ad nonam capitulum. Fabiani ⁊ sebastiani: Joannis ⁊ pauli ⁊ dyonisȳ.

Justi tulerunt spolia impioꝝ ⁊ decantauerunt dñe nomen sanctum tuum: ⁊ victricem manum tuam laudauerunt pariter domine deus noster. ℣. Gloriosus deus in sanctis suis. ℟. Mirabilis in maiestate sua. Collecta.

Concede q̄s oīpotens deus ad eorum nos gaudia eterna pertingere: de quoruꝫ v̄tute tribuis annua solēnitate gaudere. Per dñm. Ad vš añ. Si corā hoib⁹ tormēta passi sunt spes electorū est imortalis in eternū. Añ. Tanq̄ȝ aurum in fornace ꝓbauit electos dñs ⁊ quasi holocausti hostiam accepit illos. Añ. Istoꝝ est enim regnū celorum qui cōtēpserūt vitā mūdi ⁊ peruenerūt ad p̄mia regni ⁊ lauerūt stolas suas in sanguine agni. Añ. Via iustorū recta facta est ⁊ iter sanctorū preparatum est. Cap̄. ⁊ coll'a vt dictū est in primis vesp̄is supra. ℟. Sancti tui dñe benedicent te. ℣. Gloriaꝫ regni tui dicēt ⁊ potētiam tuā loquent. Benedicēt. Hy⁹ ad vtrasq̄ȝ vesp̄as ⁊ in matutinis. Eterna xp̄i munera ⁊c̄. ℣. Justi in perpetuū viuēt. ℟. Et apud dñm est merces eorū. Ad magt añ. Tradiderūt corpora sua ad supplicia: ideo coronantur

ꝛ accipiūt palmas. Mauricij sociorūq; eius ad vs. cap. Sācti per fidem vicerunt regna. vt supra. Collecta eorūdem.

Deus qui nos cōcedis sanctorū martyrū tuorum mauricij sociorūq; ei9 natalicia colere: da nobis i eterna beatitudine de eorum societate gaudē. Per. Ad vj. cap.

Stabūt iusti in magna ꝯstātia aduersus eos qui se angustiauerunt ꝛ qui abstulerūt labores eorum. ℣. Iustorū aie. Coll'a eorūdē

Deus qui nos sanctorū tuorum mauricij sociorūq; eius confessionibus gliosis circundas ꝛ ꝓtegis: da nobis ꝛ eorum imitatiōe ꝓficere ꝛ intercessione gaudere. Per. Ad nonam capl'm.

Tanq̄ aurum in fornace ꝓbauit electos dominus: ꝛ quasi holocausti hostiā accepit illos ꝛ in tpe erit respect9 illorum. ℣. Gl'iosus de9 in sanctis suis. Coll'a eorūdez.

Deus q̄ nos annua sāctorū tuorū mauricij sociorūq; eius solēnitate letificas: concede propitius: vt quorum gaudemus meritis accēdamur exemplis. Per.

In natali vnius ꝯfessoris pontifi. ad vesperas capl'm.

Benedictionem oium gentiū dedit illi dominus ꝛ testametum suum cōfirmauit sup caput eius. ℟. Amauit eū dn̄s Et ornauit eū. ℣. Stola glorie induit eum. Et. Hy9. Jesu corona celsior. ℣. Ecce sacerdos magnus. ℟. Qui in diebus suis placuit deo ꝛ inuēt9 est iustus. Ad magt añ. Similabo eū viro sapiēti q edificauit domū suaz supra firmā petrā. Sequat coll. quecūq; sit illa. Inuitat. Regē cōfessorum dn̄m Uenite adorem9. ps. Uenite. In .j. noc. añ. Beatus vir qui in lege dn̄i meditat volūtas ei9 ꝑmanet die ac nocte ꝛ oia q̄cūq; faciet semper ꝓsperabunt. ps. Ipsuz. Añ. Btūs iste sanct9 q cōfisus est in dn̄o: predicauit p̄ceptum dn̄i: cōstitutus est in monte scō ei9. ps. Quare fremuerunt. Añ. Inuocātem exaudiuit dn̄s sanctuz suum: dominus exaudiuit eum ꝛ cōstituit eum in pace. ps. Cū inuocarē. Añ. Scuto bone volūtatis tue coronasti eum domine. psalmus. Uerba mea. Añ. Domine dominus noster q̄ admirabile ē nomen tuum in vniuersa terra: qa gloria ꝛ honore coronasti sanctum tuum ꝛ cōstituisti eum super opera

manuum tuarum. ps. Ipsum.
Añs. Iustus dominus ⁊ iusticias
dilexit: eqtatē vidit vultus ei⁹. psal
mus. In domino confido.
℣. Iustum deduxit dominus p vi
as rectas ℟. Et ostendit illi regnū
dei. Lectiones ex homelia be
ati gregorij pape. Lectio .j.

Beati sūt serui illi quos
cū venerit dñs inuene
rit vigilātes. Uigilat qui ad
aspectum veri luminis men
tis oculos apertos tenet. ℟
Euge serue bone ⁊ fidelis quia super
pauca fuisti fidelis supra multa te
constituam: Intra in gaudiū domi
ni tui. ℣. Domine quinqꝫ talenta
tradidisti mihi. ecce alia quinqꝫ sup
lucratus sum. Intra in. Lectio .ij.

Uigilat qui seruat ope
rādo qd credit. Uigi
lat qui a se torporis ⁊ negli
gētie tenebras repellit. ℟. Ec
ce sacerdos magn⁹ q in diebus suis
placuit deo. Ideo iureiurādo fecit il
lū dñs crescere i plebē suā. ℣. Bñ
dictionē oiū gentiū dedit illi dñs ⁊
testamentū suum confirmauit super
caput eius. Ideo. Lectio tertia.

Hinc etenim paul⁹ dicit
Euigilate iusti. ⁊ noli
te peccare. Hinc rursus ait.
Hora est iam nos de somno
surgere. ℟. Iurauit dñs ⁊ nō pe
nitebit eū: tu es sacerdos i eternū Se
cūdū ordinē melchisadech. ℣. D i
xit dñs dño meo sede a dextris meis.
Secundum. Lectio .iiij.

Uenies ad iudiciū dñs
quid vigilantib⁹ seruis exhi
beat audiamus. Amen dico
vobis: qꝫ precinget se ⁊ faci
et illos discumbere ⁊ trasi
ens ministrabit illis. ℟. Iste
sctūs digne i memoriā vertit hoīum
q ad gaudiū trāsijt angelorū. Quia
in hac pegrinatiōe solo corpore ꝯsti
tut⁹ cogitatiōe ⁊ auiditate in illa eter
na patria cōuersat⁹ ē. ℣. Uinculis
carnis absolut⁹ talētū sibi creditum
dño suo cū lucro reportauit. Qr. In
ij. noc. añ. Dñe iste scūs hītabit in
tabernaculo tuo: opat⁹ ē iustitiā: regt
scet i mōte sctō tuo. ps. Dñe qs
hītabit. Añ. Uitā petijt a te ⁊ tri
buisti ei dñe: gloriā ⁊ magnū decorē
iposuisti sup eū: posuisti in capite ei⁹
coronā de lapide pcioso. ps. Dñe
in virtute. Añ. Hic accipiet bñ
dictionē a dño ⁊ misericordiā a deo
salutari suo: qꝛ hec est generatio qrē
tiū dñm. ps. Dñi ē terra. Añs.
Letabit iust⁹ in dño ⁊ sperabit in eo
⁊ laudabūt oēs recti corde. ps. Ex
audi de⁹ orōnē meā cū dep.
Añ. Btūs quē elegisti dñe habita
bit in atrijs tuis. psalmus. Te
decet hymnus deus. Añs.

Iust⁹ vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabit. ps. Bonũ ẽ cõfiteri. ℣. Amauit eũ dñs ⁊ ornauit eũ. ℟. Stola glie iduit eũ. L. v.

PRecinget se idest ad retributionez preparat. Faciet illos discumbere idest in eterna quiete refoueri. ℟. Posui adiutoriũ sup potẽtẽ ⁊ exaltaui electũ de plebe mea: Man⁹ eiꝫ mea auxiliabit ei. ℣. Inueni dauid seruum meuꝫ oleo sancto meo vnxi eũ. Manus enim. L. vj.

DIscũbere quippe nostrum in regno quiescere est. Unde rursum dñs ait: Ueniunt ⁊ recũbent cum abrahaꝫ isaac ⁊ iacob. ℟. Inueni dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Nihil proficiet inimic⁹ in eo ⁊ filius iniquitatis non apponet nocere ei. Manus. Lectio. vij.

TRansiens autez dominus mistrat: quia lucis sue illustratione nos satiat. Transire vero. dictum ẽ cuꝫ de iudicio ad regnum redit. ℟. Amauit eũ dñs ⁊ ornauit eũ: stola glorie iduit eũ Et ad portas paradisi corõauit eũ. ℣. Induit eũ dñs lorica fidei ⁊ ornauit eũ. Et. Gl. ceteri

UEl certe dñs Le. viij. nobis p⁹ iudiciũ trãsit q2 ab humanitat꜒ forma in diuinitatis sue contẽplationeꝫ nos eleuat. ℟. Fidelis nanqꝫ ac prudens dispẽsator in magni patrisfamilias domo constitutus erat Ut conseruis suis in tempore mensurã tritici erogaret. ℣. Pro salute ⁊ augmento gregis sibi commissi cura puigili sollicitus erat. Ut. Ad cant. añ. Amauit eum dominus ⁊ ornauit eum. stola glorie induit eum ⁊ ad portas paradisi coronauit eum. Cãticum. Beatus vir qui in sapientia. ℣. Iustus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur. Secundum lucaꝫ.

IN illo tpe: Dixit iesus discipulis suis: Sint lũbi vestri pcincti ⁊ lucerne ardentes. Et reli. Homel. lect. eiusdẽ btĩ grego. pape. Le ix.

SAncti euãgelij fratres charissimi apta est nobis lectio recitata. Sꝫ ne aliquib⁹ ipsa eius planicies alta fortasse videatur: eam sub breuitate trãscurrim⁹: quatinus eius expositio ita nescientibus fiat cognita. vt tamen scientibus nõ sit onerosa. ℟. Magnificauit eum in conspectu regum Et dedit illi coronam glorie. ℣. Statuit illi testamẽtũ sempiternũ ⁊ btĩficauit illũ. Et. L. x.

Quia viris luxuria in lũbis sit: seis i vmbilico: testat dñs qui de diabolo ad beatũ iob loquitur dicens virtus eiꝰ i lũbis eius & fortitudo illius in vmbilico ventris eius. R. Justum deduxit dominus per vias rectas & ostendit illi regnum dei & dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illum in laborĩbꝰ suis. V. Magnificauit eũ in conspectu regũ & dedit illi coronã glorie. Honestauit. Lect. xj.

A Principali igitur sexu lumborum nomine luxuria designatur cum dominus dicit. Sint lumbi vestri precincti. R. Beatus vir qui inuentus est sine macula qui post aurum non abijt nec sperauit in thesauris pecunie Ideo stabilita sunt bona illius in domino. V. Potuit enim transgredi & non est trãsgressus: & facere mala & nõ fecit. Ideo. L. xij.

Lumbos enim precingimus cum carnis luxuriam per continentiaꝫ coartamus. Sed qꝛ minus est mala non agere: nisi etiam quisqꝫ studeat bonis operibus insudare: protinus additur. Et lucerne ardentes. R. Sint lumbi vestri pcincti & lucerne ardẽtes in manibꝰ vestris. Et vos similes hoibus expectãtibꝰ dominũ suũ quãdo reuertat a nuptijs. V. Vigilate ergo quia nescitis qua hora dominus vester venturꝰ sit. Et vos similes. Secundũ lucam.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Sint lũbi vestri precincti & lucerne ardentes. Et vos similes hominibus expectantibus dominũ suũ quando reuertat a nuptijs: vt cũ venerit & pulsauerit confestim aperiant ei Beati serui illi quos cũ venerit dominus inuenerit vigilantes. Amen dico vobis: qꝛ precinget se & faciet illos discũbere & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia & si in tertia vigilia venerit & ita iuenerit beati sunt serui illi. Hoc autem scitote: quoniã si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtiqꝫ & nõ sineret perfodi domuꝫ suam. Et vos estote parati qꝛ qua hora nõ putatis filius hois veniet. Colla. vt supra in vesperis. Item in natali vnius cõfessoris. Lectiones ex homelia beati fulgẽtij epi. Lect. j.

Magnuꝫ bonũ est fratres charissimi & val

de congruū: valdeqꝫ cōmodum ⁊ maxie christianis omnibus appetendum: vt vnusquisqꝫ deficere non delectet in peius: sed oēs ꝓficere studeamus in melius. Lectio .ij.

Arbores enim sumus fratres charissimi i agro dñico ꝯstituti: deus autē noster est agricola. Ille nos cōpluit, ille colit. Ipse fecunditatē donat: ipse fructificandi gratiā subministrat. Lectio tertia.

Pluuia dei est sermo sancte predicationis. Cultura dei ē īfusio gratie spiritalis. Deus igitur precepto nos compluit: adiutorio colit. Le. iiij.

Dum compluit aufert a nobis ignorantie siccitatem: dū colit bene viuendi condonat vbertatem. Lectio quinta.

Dū ꝯpluit: terrā nostri cordis irrigat: dū vero, colit de ipsa terra spinas ⁊ tribulos mūdane cupiditatꝭ extirpat. Debemus igitur fe Lect. vj. cundari celestibus pluuijs: debemus itaqꝫ congrua fructificatiōe manibus superni respondere cultoris. Le. vij.

Et si non possint oēs arbores equalis fruct⁹ afferre: nulla tamē debet in agro dñico sterilis ꝑmanere. Lect. viij.

Multū metuenda nobis est fratres illa sententia comminantis qua dicitur. Omnis arbor que non facit fructum bonū: excidetur ⁊ i ignē mittetur. Secundū mattheum.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis: Uigilate q2 nescitis q̄ hora dominus vester venturus sit. Et reliqua. Homel. lect eius dē bti fulgētij epi. Lectio .ix.

Dominicus sermo quē debemus oēs nō solū studiose verū etiam sapiēter audire: cui nos oportet hūiliter ac delectabiliter obedire: moderationis sue tenens vbiqꝫ tēperiē: vt nec ouibus desint pabula nec pastorib⁹ alimēta. q̄dam spāliter solis ꝑcipit nobis: q̄dā vero generalit̄ ⁊ nobis ⁊ vobis. L. x.

Nobis nāqꝫ idest seruis suis quos pater ille familias rerū oīuꝫ dñs ad hoc in sua magna domo constituit: vt populo ei⁹ verbū gratie ministrem⁹: specialiter iniungit scē ꝑdicatiōis officiū. L. xj.

Generaliter vero ⁊ nobis ⁊ vobis salutaris indicit obedientia mandatorꝫ. Lect. xij.

In dn̄i mandatis tanq̄ di-tissimis ferculis: sic celestiū deliciarum copia spiritalis exuberat: vt in v̄bo dei abū-det quod pfectus comedat: abundet etiam quod paruu lus sugat. Sequentia sancti euangelij s̄m Mattheum.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis: Vigilate quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote: quoniam si sciret paterfami-lias qua hora fur venturus esset: vigilaret vtiq3 ꝛ non si-neret perfodi domum suā. Ideoq3 ꝛ vos estote parati: quia, qua nescitis hora fili-us hominis venturus est. Quis putas est fidelis ser-uus ꝛ prudens quem consti tuit dominus super familiā suam vt det illis cibum in tē pore: Beat⁹ ille seruus quē cum venerit dominus eius inuenerit sic facientem. Amē dico vobis: super omnia bo na sua cōstituet eū. Collecta vt. s. ad vs. Item vnius con fessoris. Lectiones ex home lia beati gregorij pape. Le. j.

Seruus qui gemiata ta lenta retulit a dn̄o lau datur atq3 ad eternam remu nerationem perducit cum ei voce dominica dicit. Lec. ij.

Euge serue bone ꝛ fidelis: q2 sup pauca fuisti fidelis: su pra multa te cōstituā: intra in gaudiū domini tui. Le. iij.

Pauca quippe sunt omnia bona presentis vite que licet multa videātur. Sed tūc fi-delis seruus super multa cō stituitur quādo deuicta om-ni corruptionis molestia de eternis gaudijs in illa celesti sede gloriatur. Lectio. iiij.

Seruus fidelis ad domini sui gaudiū tūc perfecte intro mittitur quando in illa eter-na patria assumpt⁹ atq3 an-gelorū cetibus admixt⁹ sic in terius gaudet de munere vt nō sit iam quod exterius do leat de corruptione. Lect. v.

Seru⁹ aūt q̄ opari de talēto noluit: ad dn̄m cū v̄bis excu satiōis redit dicens. Lect. vj.

Domine scio q2 homo du-rus es: metis vbi nō semina sti ꝛ cōgregas vbi nō sparsi-sti: ꝛ timens abij ꝛ abscondi talentum tuum in terra: ecce habes qd̄ tuum est. Lect. vij.

Notandum q̄ inutilis ser-uus durū dominū inuocat:

cui tamen ad lucruz deserui-re dissimulat: et timuisse se dicit in lucrum talentum expē-dere: qui hoc solū timere debuerat: ne hoc sine lucro ad dn̄m reportaret. Lectio. viij.

Sunt pleriqꝫ intra sanctam ecclesiam quorū iste seruus imaginem tenet: qui melioris vite vias aggredi metuunt et tamen iacere in sui torporis gnauia non pertimescunt. Secūdū Mattheum.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis parabolam hāc: Homo q̄daz pegre proficiscens vocauit seruos suos et tradidit illis bōa sua. Et reliqua. Homel. lec. eiusdem bti gregorij pape. L. ix.

Lectio sancti euangelij fratres charissimi sollicite cōsiderare nos ammonet ne nos qui plus ceteris i hoc mūdo accepisse aliquid cernimur: ab auctore mundi grauius inde iudicemur. L. x.

Cum enim augentur dona rationes etiam crescunt donorum. Tanto ergo humilior atqꝫ ad seruiēdum pmptior quisqꝫ debet ex munere: quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione. Lectio vndecima.

Ecce homo qui peregre proficiscitur seruos vocat: eisqꝫ ad negocium talenta partit. Post multum vero tēporis positurus rationem reuertitur: bene operantes de apportato lucro remūerat: seruum vero a bono opere torpentem damnat. Lectio. xij.

Quis itaqꝫ iste homo est q̄ peregre proficiscitur nisi redemptor noster qui mea carne quā assumpserat abijt in celuz: Carnis enim locus proprius terra est que quasi ad peregrina ducitur dum per redemptorē nostrū in celo collocatur. Scdm Mattheum.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidā pegre pficiscens vocauit seruos suos et tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talēta: alij autē duo: alij vero vnū. Unicuiqꝫ scd̄m propriā virtutem et profectus est statim. Abijt autez qui quinque talēta acceperat et operatus est i eis et lucratus est alia quiqꝫ. Similiter qui duo acceperat lucratus est alia duo. Qui autem vnuz acceperat:

abiens fodit in terram ⁊ ab/
scondit pecuniã dñi sui. Post
multum vero tēporis venit
dñs seruorum illorum ⁊ po
suit rationem cum eis. Et ac/
cedens qui quinque talenta
acceperat obtulit alia quin/
que talenta dicens: Domine
quinqꝫ talēta tradidisti mihi
ecce alia quinqꝫ superlucra/
tus sum. Ait illi dominꝰ eiꝰ:
Euge serue bone ⁊ fidelis qꝛ
super pauca fuisti fidelis: su/
pra multa te constituam: in/
tra in gaudiū domini tui. Ac/
cessit autem ⁊ qui duo talen/
ta accepat ⁊ ait: Dñe duo ta/
lēta mihi tradidisti: ecce alia
duo lucratus sum. Ait illi do
minus eiꝰ: Euge serue bo/
ne ⁊ fidelis qꝛ sup pauca fui
sti fidelis supra multa te con
stituã itra in gaudiū dñi tui.
Colla vt supra ad vesperas
In matutinis laudibus añ.
Ecce sacerdos magnus qui in diebꝰ
suis placuit deo ⁊ inuētus est iustꝰ.
Cap̄. Benedictionē oīuꝫ gē.
℟. Iustum deduxit dñs Per vi/
as rectas. ℣. Et ostēdit illi regnū
dei. Per vias. Hyꝰ. Te christe
rex. ℣. Ecce sacerdos magnus.
℟. Qui in diebus suis placuit deo
⁊ inuētus est iustus. Ad bñs añ.
Euge serue bone ⁊ fidelis: qꝛ super
pauca fuisti fidelis supra multa te cō
stituã dicit dñs. Collecta vt su/
pra ad vesperas. Ad primã
añ. Euge serue bone in modico fi/
delis intra in gaudium domini tui.
Ad tertiam añ. Fidelis seruus ⁊
prudens quem constituit dominus
super familiam suã. Cap̄. Bñdi/
ctionem oīum gētiuꝫ. ℣. Iu
stuꝫ deduxit. Collecta vt supra
ad vesperas. Ad sextam añ.
Beatus ille seruus cum venerit do/
minus eius ⁊ pulsauerit ianuã ⁊ in/
uenerit eum vigilantem. Grego/
rij: Augustini: Martini: Sil/
uestri. Ad sextam Capitulū.
Non est inuentus simi
lis illi qui cōseruaret
legem excelsi: ideo iureiurã/
do fecit illum dñs crescere in
plebē suã. ℣. Amauit eum dñs
⁊ ornauit eū. Colla eorūdem.
Adesto dñe precibꝰ no
stris quas in sācti ill.
cōfessoris tui atqꝫ pōtificis
solēnitate deferimus: vt qui
nostre iustitie fiduciã nō ha/
bemus: eius qui tibi placuit
meritis adiuuemur. Per.
Aliud cap̄ ad sextã. Ambro/
sij: Remigij: Nicolai: Ma/
lachie: Petri: Guillermi: Ei/
mundi: Iuliani: Eligij.

Ecce sacerdos magnus q in dieb⁹ suis placuit deo ⁊ inuētus est iustus: ⁊ in tēpore iracūdie factus est reconciliatio. Col'la eorūdez. Exaudi dñe quesumus preces nostras: ⁊ interueniēte beato ill'. confessore tuo atqz pōtifice supplicationes nostras placatus intende. Per. Ad .ix. añ. Ecce vere israelita in quo dolus nō est. Ad nonam capitulū. Gregorij. Augustini: Martini: Siluestri. Cognouit eum dñs in benedictiōibus suis: cōseruauit illi misericordiaz suā ⁊ inuenit gratiam coram oculis domini. ℣. Iustus vt palma florebit. Col'la eorūdez. Deus qui beatū ill'. pōtificē sanctorum tuoꝝ meritis coequasti: cōcede ꝓpitius: vt qui cōmemorationis ei⁹ festa ꝑcolim⁹: vite q̄qꝫ imitemur exempla. Per. Aliud cap. ad nonam. Ambrosij: Remigij: Nicolai: Malachie: Petri: Guillermi: Eimūdi: Iuliani: Eliaū. Magnificauit euz dñs in ↄspectu regū ⁊ dedit illi coronā glie. Col. eorūdē. Beati ill'. cōfessoris tui atqz pōtificis quesumus domine intercessione placatus: ⁊ veniam nobis tribue ⁊ remedia sempiterna concede. Per. Ad vespas añ. Cognouit eum dñs in benedictionibus suis ⁊ inuenit gratiā coram oculis domini. Añ. Iustuz deduxit dominus per vias rectas ⁊ ostēdit illi regnum dei ⁊ dedit illi scientiam sanctorum: honestauit illuz in laboribus ⁊ compleuit labores illius. Añ. Iust⁹ cor suum tradet ad vigilādum diluculo ad dominum qui fecit illū ⁊ in conspectu altissimi deprecabitur. Añ. Serue bone et fidelis quia super pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituā intra in gaudium domini dei tui. Cap. Benedictionem omnium gen. ℟. Amauit eum dñs. ℣. Ecce sacerdos magnus. Ad magt añ. Iste sāctus digne in memoriaz vertitur hominum qui ad gaudiū trāsijt angelorū: qz i hac peregrinatiōe solo corpore cōstitut⁹ cogitatione ⁊ auiditate in illa eterna patria cōuersatus est. Col'la que dicta est supra ad vš. ¶ In natali vnius cōfessoris non pōtificis ad vesperas. Caplm. Dilect⁹ a deo ⁊ hominibus cuius memoria in benedictione est: similez illum fecit in gloria sanctorū.

℟. Amauit eum dñs. Hy⁹. Jesu corona celsior. ℣. Just⁹ germinabit. Ad magt aña. Iste cognouit iustitiã ꝛ vidit mirabilia magna ꝛ exorauit altissimum ꝛ inuentus est in numero sanctoꝝ. Colla

Deus q̄ nos btī ill'. cõfessoris tui annua solẽnitate letificas: ꝓcede ꝓpitius: vt cui⁹ natalitia colim⁹: p ei⁹ ad te exẽpla gradiamur. Per. Inuit. Regẽ ꝯfessoꝝ. In j. noc. añ. Btūs vir q̄ i lege dñi ꝛc. vt. s. ℣. Justū deduxit dñs. Lcões. Beati sunt serui illi ꝛc. ℟. Euge serue bone. ℟. Just⁹ germinabit sicut liliū Et florebit in eternū ante dñm. ℣. Plãtat⁹ in domo dñi in atrijs domus dei nostri. Et florebit. ℟. Iste cognouit iustitiã ꝛ vidit mirabilia magna ꝛ exorauit altissimū Et inuẽtus est in numero sanctorū. ℣. Iste est qui cõtempsit viã mundi ꝛ peruenit ad celestia regna. Et inuẽtus. ℟. Hic est vir qui nõ est derelictus a deo in die certaminis sui ꝛ ipse conculcauit caput serpẽtis antiqui: Modo coronatus est q꞉ fideliter vicit in mãdatis dñi. ℣. Quis est hic ꝛ laudabimus eū: fecit enim mirabilia i vita sua. Modo coronatus. In secūdo noct. añ. Domine iste sanctus ꝛc. vt. s. ℣. Amauit eum dñs. ℟. Amauit eum dñs ꝛ ornauit eum: stola glorie induit eum Et ad portas paradisi coronauit eum. ℣. Induit eum dñs lorica fidei ꝛ ornauit eū. Et ad. ℟. Magnificauit eum in conspectu regum Et dedit illi coronã glorie ℣. Statuit illi testamẽtū sempiternum ꝛ beatificauit illum. Et. ℟. Desideriū anime eius: tribuisti ei dñe Et voluntate labioꝝ eius nõ fraudasti eū. ℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Et vo. ℟. Iste sanctus digne in memoriã vertit hominū qui ad gaudium transijt angeloꝝ: Quia in hac peregrinatione solo corpore cõstitutus cogitatiõe ꝛ auiditate in illa eterna patria cõuersatus est. ℣. Vinculis carnis absolutus talẽtum sibi creditū dño suo cū lucro reportauit. Quia. Ad cant. añ. Amauit eū dñs ꝛc. Cant. Beatus vir qui in sapientia. ℣. Justus vt palma florebit. Secūdū mattheū.

In illo tpe: Dixit symõ petr⁹ ad iesuꝫ: Ecce nos reliq̄m⁹ oīa ꝛ sequuti sum⁹ te. Quid ergo erit nobis: Et reliqua. Homel' lect. eiusdẽ btī hieronymi presbyteri. Le. ix.

Grandis fiducia. Petrus piscator erat: diues non fuerat: cibos manu ꝛ arte querebat: ꝛ tamẽ loq̄-

tur cõfidenter reliquim⁹ oīa. ℟. Iustū deduxit dn̄s per vias rectas ⁊ ostendit illi regnum dei ⁊ dedit illi sciētiaȝ sanctoꝝ: Honestauit illū in laboribus suis. ℣. Magnificauit eū in cõspectu regū ⁊ dedit illi coronā glorie. Honestauit. L. x.

Omnia enim relinquit qui volūtatem habēdi deserit. Et q̄ꝛ nō sufficit tātum relinquere: iūgit qđ perfectū est ⁊ sequuti sumus te. Fecim⁹ qđ iussisti. Quid igitur dabis nobis premiū. ℟. Beatus vir qui inuētus est sine macula ⁊ q post aurū nō abijt nec sperauit in thesauris pecunie: Ideo stabilita sūt bona illi⁹ i dn̄o. ℣. Potuit eīꝫ trāsgredi ⁊ nō ē trāsgressus ⁊ facere mala ⁊ nō fecit. Ideo. Le. xi.

Iesus autem dixit illis Amē dico vobis ꝙ vos qui sequuti estis me: in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis ⁊ vos super sedes duodeciꝫ iudicātes duodecim tribus israel. Non dixit qui reliq̄stis omnia. Hoc enim ⁊ socrates fecit philosophus ⁊ multi aliȷ̄ qui diuitias ꝯtēpserūt: sed q̄i sequuti estis me qđ ꝓprie est apostolorum atq̧ credētiuꝫ. ℟. Stola iocūditatis induit eum dn̄s Et coronā pulchritudinis posuit super caput ei⁹. ℣. Cibauit illū dn̄s pane vite ⁊ intellect⁹ ⁊ aqua sapiētie salutaris potauit illū. Et co. L. xij.

In regeneratione cum sederit filius hominis i sede maiestatis sue: quādo ⁊ mortui de corruptione resurgent incorrupti: sedebitis ⁊ vos in soliȷ̄s iudicantiū cōdēnates duodecim trib⁹ isrl': q̄ꝛ vobis credētib⁹ illi credē noluerunt. ℟. In medio ecclesie apuit os eius Et impleuit eum dn̄s spiritu sapiētie ⁊ itellectus. ℣. Ubi sit dn̄s manū suā ⁊ tetigit os eius. Et imple. Secūdum mattheū.

In illo tp̄e: Dixit symō petrus ad iesum: Ecce nos reliq̄m⁹ oīa ⁊ sequuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amē dico vobis ꝙ vos qui sequuti estis me: in regeneratione cū sederit fili⁹ hoīs in sede maiestatis sue sedebitis ⁊ vos sup sedes duodecim iudicātes duodecim trib⁹ isrl'. Et oīs qui reliquerit domū vel fratres aut sorores: aut patrē: aut matrē: aut vxorē: aut filios: aut agros ꝓpter nomen meuꝫ: cētuplum acci-

piet et vitam eternā possidebit. Colla. Deus qui nos. vt supra. In laudib' añ. Collaudabūt multi sapiētiā eius et vsq3 in seculum non delebitur. Capl'z. Dilectus a deo. R. Justum deduxit dñs. V. Justus germinabit. Ad Bñs añ. Euge serue bone. vt supra. Añ. ad horas diei vt supra. ¶ In vnius cōfessoris non pōtificis ad. vj. cap.

IN fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum dominus et ostendit illi gloriā suam et dedit illi cor ad precepta et legem vite et discipline. V. Amauit eū dñs. Collecta.

BEati hieronymi confessoris tui dñe precibus adiuuemur: vt qđ possibilitas nostra non obtinet: eius nobis intercessione donetur. Per. Ad nonam cap.

CUstodiuit eum dominus et ab inimicis et a seductorib' tutauit illū et certamē forte dedit illi vt vinceret et sciret qm̄ oīum potētior ē sapia. V. Just' vt palma. Coll.

ADesto dñe supplicationib' nostris: et sperantes in tua misericordia intercedēte beato hieronymo cōfessore tuo celesti protege benignus auxilio. Per. Ad vs añ. Cognouit eū etc. Capl'z. Dilectus a deo. R. Amauit eū dñs. V. Justus germi. Ad magt añ. Iste sanct' digne etc. Alia homelia vni' cōfessoris nō pōtificis. Secūdum mattheū.

IN illo tempore: Dixit symō petrus ad iesum: Ecce nos reliquimus oia et sequuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Et reliq. Homelia lectionis eiusdē ven. Bede presbyteri. Lectio. ix.

AUdiēs a dño petrus qr diues difficile intraret in regnum celorū: sciensq3 se cū suis cōdiscipulis ad integrum mundi fallentis sprevisse delitias voluit agnoscē quid vel' ipsi vel ceteri mūdi cōtēptores pro maiori mentis vtute maioris premij spe rare deberēt: et respōdēs domino ait: Ecce nos reliqm' omnia et sequuti sumus te. Quid ergo erit nobis? L. x.

UBi solerter intuēdū qr nō solum se oia reliquisse: sed et dñm sequi gloriatur: qr stultum profecto est iuxta platonem et diogenem et quosdā alios philosophos: vite huius diuitias calcare: et non

hec pro adipiscēda vita eterna: sed pro inani agere mortalium laude captanda: stultum ꝑfecto ꝑsentes labores vltro absq͡ʒ spe future quietis ⁊ pacis subire. Lectio. xj.

Perfectus ille est qui abiēs vendit omnia que habet et dat pauperibus: ac veniens sequitur christuꝫ. Lectio. xij.

Habebit enim thesaurū nō deficiētē in celis. Unde bene interrogante petro dixit de talibus iesus. Amē dico vobis: ꝙ vos qui sequuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis ⁊ vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Secundum mattheum.

In illo tempore: Dixit symon petrus ad iesuꝫ vt supra. Collecta. Deus qui nos beati ill'. confessoris tui. In laudibus aña. Collaudabunt multi sapiētiam eius ⁊ vsq͡ʒ in seculum non delebitur. Capitulum. Dilectus a deo. ℟. Iustum deduxit. Hymnus. Te christe. ℣. Iustus germinabit. Ad bñs añ. Euge serue bone et fidelis quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituaꝫ dicit dominus. Collecta. De' qui nos beati. Ad j. añ. Euge serue bone in modico Ad tertiam añ. Fidelis seruus ⁊ prudens. Capitulū. Dilectus a deo. ℣. Iustum deduxit. Collecta. Deus qui nos beati. Ad sextam aña. Beatus ille seruus. Capitulum. In fide ⁊ lenitate. ℣. Amauit eum. Collecta. Beati ill'. confessoris. vt supra. Ad nonam añ. Ecce vere. Capitulū. Custodiuit euꝫ dominus. ℣. Iustus vt palma. Collecta. Adesto domie. vt supra. Ad vesperas añ. Cognouit eum. Añ. Iustum deduxit. Aña. Iustus cor. Añ. Serue bone. Caplm. Dilectus a deo. ℟. Amauit eum dñs. Hymnus Iesu corona celsior. ℣. Iustus ger. Ad magt añ. Iste sanctus digne. Collecta. De' qui nos beati. ¶ In natali vnius vⁱginis ad vespas ⁊ i laudibus ⁊ ad .iij. Capitulum.

Confitebor tibi domine rex ⁊ collaudabo te deum saluatorem meum: confitebor nomini tuo quoniam adiutor ⁊ protector factus es mihi ⁊ liberasti corpus meum a perditione.

In natali vni⁹ v̄ginis marty/ris ad v̄s i lau. ⁊ ad .iij. Cap.

QUi gloriatur in domino glorietur: nō enim qui seipsum cōmēdat ille ꝓbatus est: sed quē de⁹ cōmendat. ℟. Specie tua Et pulchritudine tua. ℣. Intende prospere procede ⁊ regna. Et. Hymn⁹. Jesu corona virginū. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in eternum. Ad magt añ. Ueni sponsa christi accipe coronam quam tibi dominus preparauit in eternum. Collecta.

DA q̄s omnipotēs deus: vt q̄ beate ill. martyris tue natalicia colim⁹: ⁊ ānua solemnitate letemur: et tante fidei ꝓficiamus exemplo Per. Alia colla.

EXaudi nos de⁹ salutaris noster: vt sicut de beate ill. festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur effectu. Per. Inuitatorium. Regem virginum Dominum Venite adoremus. psalmus. Uenite. Hymnus. Jesu corona virginum. In primo noct aña. O q̄ pulchra est casta generatio cū charitate. ps. Domine dominus noster. añ. Nigra sum sed formosa filia hierusalē: ideo dilexit me rex ⁊ introduxit in cubiculū suū. psalmus. Celi enarrāt. Añ. Pulchra es ⁊ decora filia hierusalem: terribilis vt castrorum acies ordinata. ps. Dñi ē terra. Añ. Spē tua ⁊ pulchritudīe itende ꝓspere ꝓcede ⁊ regna. ps. Eructauit. añ. Adiuuabit eā de⁹ vultu suo: de⁹ i medio ei⁹ nō cōmouebit. ps. Deus noster ref. Añ. Hec ē q̄ nesciuit thorū in delicto hēbit fructū i respectiōe aiarū sc̄tar. ps. Magn⁹ dominus. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua. ℟. Intēde ꝓspere ꝓcede ⁊ regna. Lectiones ex homelia beati gregorij pape. Lect. j.

MEdia nocte clamor fact⁹ est: ecce sponsus venit exite obuiā ei. De aduentu sponsi clamor in media nocte fit. q̄r sic dies iudicij surripit vt preuideri non valeat quando venit. ℟. Diffusa est gratia in labijs tuis: Propterea bn̄dixit te de⁹ in eternū. ℣. Dilexisti iusticiam ⁊ odisti inigtatem Propterea. Lectio secunda.

TUnc oēs virgines surgunt q̄r electi ⁊ reprobi a somno sue mortis excitantur lampades ornāt: q̄a sua secum opera numerāt: p

quibus eterna3 recipe beati-tudinē expectāt. Sed lampades fatuarum virginū extinguuntur q2 ea3 opa que clara hoibus foris apparuerāt intus obscurātur. ℞. Specie tua ꝛ pulchritudine tua Intende ꝓspere procede ꝛ regna. ℣. Propter veritatem ꝛ mansuetudinem ꝛ iusticiam. Intende. Lectio tertia.

Quid est autez qd̄ tunc a prudentibus oleum petūt: nisi q̄ in aduentu iudicis. cum se intus vacuas inuenerint: testimoniū foris querūt. ℞. Propter veritatem ꝛ mā-suetudinem ꝛ iustitiam Et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia ꝛ vide ꝛ inclina aurem tuam ꝛ obliuiscere populum tuum ꝛ domu3 patris tui Et dedu. Lectio iiij.

Ac si a sua fiducia decepte proximis dicant: Quia nos quasi sine opere repelli conspicitis dicite de nostris operibus q̄d vidistis. ℞. Quinq3 prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis Cum lampadibus. ℣. Media autez nocte clamor fact9 est: ecce sponsus venit exite ei obuiam. Cum lampadi. In .ij nocī. añ. Unguentum effusum nomen tuum: ideo adolescentule dilexerunt te nimis. ps. Benedixisti domine. Añ. Reuertere reuertere sunamitis: reuertere reuertere vt intueamur te. ps. Fundamenta. Añ. Cum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odore3 suū3. ps. Cantate. prim9. Añ. Simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas: inuēta aūt vna ꝑciosa dedit omnia sua ꝛ cōparauit eā. ps. Dominus regnauit. j. Añ. Ueniente sponso prudens virgo preparata introiuit cum eo ad nuptias. ps. Cātate. secūdus. Añ. Ueni electa mea ꝛ ponam in te thronū meū quia concupiuit rex speciē tua3. ps. Dn̄s regnauit. ij. ℣. Adiuuabit eam de9 vultu suo. ℞. De9 i medio eius non cōmouebit. Lect. v.

Prudentes virgīes fatuis dixerūt: Ne forte non sufficiat nobis ꝛ vobis In illo enim die quod tamē de quibusdam in pace ecclīe descentibus loquor: sibimet ipsi testimonium vniuscuiusq3 vix sufficit quanto minus ꝛ sibi ꝛ proximo. ℞. Dilexisti iustitiam ꝛ odisti iniquitatem: Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. ℣. Diffusa ē grā in labijs tuis. Propterea. Lectio sexta.

Ubi et protinus per increpationem subdūt: Ite potius ad vendentes et emite vobis. Venditores q̄ppe olei adulatores sunt. ℟. Veni sponsa christi accipe coronam quam tibi dominus pparauit: Pro cuius amore sanguinem tuum fudisti et cum angelis in paradisum introisti. ℣. Veni electa mea et ponā in te thronū meum q2 cōcupiuit rex speciem tuam. Pro. Lectio. vij.

Quienim accepta qualibet gratia: vanis suis laudibus nitorem glorie offerunt: quasi oleum vendunt. De quo profecto oleo psalmista dicit: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. ℟. Hec est virgo sapiēs quā dn̄s vigilātē inuenit: que acceptis lāpadibus sumpsit oleū secū Et veniente dn̄o introiuit cū eo ad nuptias. ℣. Accinxit fortitudine lumbos suos et roborauit brachiū suum. Et veni. Lec. viij.

Principale etenim nostrum caput est. Appellatione autez capitis: ea que principatur corpori mēs vocatur. Impiguat ergo caput oleum peccatoris: cū demulcet mentem fauor adulātis.

℟. Offerent regi virgines domino post eam: proxime eius offerent tibi: In letitia et exultatione. ℣. Prudentes virgines aptate lampades vestras ecce sponsus venit exite obuiam ei. In leticia. Ad cant. an̄. Prudētes virgines aptate lāpades vestras ecce spōsus venit exite obuiā ei. Canticum. Audite me diuini fructus. ℣. Elegit eam dominus. ℟. In hereditatez sibi. Secundum Mattheum

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit: et pre gaudio illius vadit et vēdit vniuersa q̄ habet et emit agrum illuz. Et reliqua. Homelia lectionis eiusdem beati gregorij pape. Lectio. ix.

Celorum regnum fratres charissimi iccirco terrenis rebus simile dicitur: vt ex his que animus nouit surgat ad incognita: quatinus exemplo visibilium se ad inuisibilia rapiat: et per ea que vsu didicit quasi confricatus incalescat: vt per hoc quod scit notum diligere: di

scat et incognita amare. ℟. Simile est regnũ celorum decẽ virginibus: Que accipiẽtes lãpades suas exierũt obuiam sponso et sponse. ℣. Quinque autem ex eis erant fatue et quinque prudẽtes. Que. L. x.

Ecce enim regnum celorum thesauro abscondito in agro cõparatur: quẽ qui inuenit homo abscõdit: et pre gaudio illius vadit et vendit vniuersa que habet et emit agrum illum. ℟. Ueni electa mea et ponam in te thronũ meũ: Quia concupiuit rex speciẽ tuã. ℣. Surge propera amica mea veni de libano et coronaberis. Quia. Le. xi.

Quia ire hoc quoque notandum est: quod inuentus thesaurus absconditur vt seruetur: quia studium celestis desiderij a malignis spiritibus custodiri non sufficit: qui hoc ab humãis laudibus non abscõdit. ℟. Surge propera amica mea et veni: iã enim hyems transijt: hymber abijt et recessit: Flores apparuerunt in terra. ℣. Uox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos. Flores appa. Lectio duodecima.

In p̃senti via quasi in via sumus qua ad patriã pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrũ quasi quidã latrũculi obsident. ℟. Audi filia et vide et inclina aurẽ tuã et obliuiscere populũ tuũ et domum patris tui et cõcupiscet rex speciẽ tuã: Quoniã ipse est dñs deus tuus. ℣. Induit te dñs vestimẽto salutis et indumento letitie circundedit te. Quoniã. Scd̃m mattheum.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro: quẽ qui inuenit homo abscondit et pre gaudio illius vadit et vẽdit vniuersa que habet et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas. Inuenta autem vna preciosa margarita: abiit et vendidit oĩa que habuit et emit eam. Iterum simile est regnum celorũ sagene misse in mare: et ex omni genere piscium cõgreganti. Quam cũ impleta esset educentes et secus litus sedentes: elegerunt bonos in vasa sua: malos autẽ foras miserunt. Sic erit in cõsummatione seculi. Exi

būt angeli ꝛ separabūt ma-
los de medio iustoꝝ ꝛ mit-
tent eos in caminum ignis.
Ibi erit fletus ꝛ stridor den-
tium. Intellexistis hec oīa?
Dicūt ei: Etiam dñe. Ait illis
Ideo omnis scriba doctus
in regno celoꝝ similis ē ho-
mini patrifamilias q̄ profert
de thesauro suo noua ꝛ vete
ra. Collecta vt s. ad vespe-
ras. Itē alie lectiones de vir
ginibus. Sermo beati augu
stini episcopi. Lect. j.

Inter parabolas a do
mino dictas: solet querētes
multum exercere ista que de
decem virginibus posita est.
Et multi quidem hinc m̄lta
senserūt q̄ nō sūt p̄ter fidem:
sed quomodo ptib⁹ ei⁹ oībus
cōueniat expositio: id elabo-
randū est. ℞. vt s. Lectio ij.

Legi etiam in quadam scri
ptura ex earum genere que
apocriphe nominātur: qđ n̄
sit cōtra fidem: sed huic loco
mihi minus cōgrue visa est.
cōsideranti omnes huius si-
militudinis partes. Lect. iij.

Quid autem mihi videatur
nō absurde đ hoc loco acci-
pi quātum potero breuiter ꝛ
diligenter exponā. Lect. iiij.

Interrogatus igitur dñs no
ster a discipulis de cōsūma-
tione seculi: inter multa que
loquut⁹ est: hoc quoq; dixit:
Tunc simile estimabitur re-
gnum celoꝝ decē virginib⁹
que acceperūt lampades su
as ꝛ venerunt obuiam spō-
so ꝛ sponse. Lectio quinta.

Decem virginū qđ quinq;
admittūtur: quinq; excludū
tur: bonoꝝ ꝛ maloꝝ discre-
tōez significat. Quapropter
si virginitatis honorabile no-
men ē. cur receptis exclusisq;
commune est. Lectio sexta.

Deinde qđ sibi vult nume-
rus in vtraq; parte quinari
us? Quid autem significat
oleum? Mirum videt q̄ sa-
pientes petentibus nō cōmu
nicāt cum ꝛ inuidere fas nō
sit eas que ita pfecte sunt vt
a spōso recipiātur. Lect. vij.

Quo nomine nullo dubitā
te dñs iesus xp̄us significat:
vt misericordes oporteat ēē
ad prestandum ex eo qđ ha
bent: prescribente illa senten-
tia eiusdē dñi dicentis: omni
petenti te tribue. Lect. viij.

Quid est autē qđ posset dā-

do nō sufficere vtrisq;? Hec maxime augent q̄stionis dif ficultatem: quāquam ⁊ cetera diligenter considerata: vt omnia in vnam rationez cō-currāt. Scd'm mattheū

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis parabolā hāc. Simile est regnū celorū decem virginibus que accipientes lāpades suas exierūt obuiam sponso ⁊ sponse. Et reliqua. Homelia lec. eiusdē beati gregorij pape. Lect. ix.

Sepe vos āmoneo fratres charissimi praua opera fugere: mūdi hui⁹ inquinamenta deuitare: s; hodierna sancti euāgelij lectione cō pellor dicere: vt ⁊ bona que agit cū magna cautela timeatis: ne p hoc qd' a vobis rectū gerit: fauor aut g̃tia hūana req̄rat: ne appetit⁹ laudis surrepat: ⁊ quod foris ostendit intus a mercede vacuet. Ecce enim re Lectio decia. dēptoris voce decem virgines: ⁊ omnes dicuntur virgines ⁊ tamen intra beatitudinis ianuam non omnes recepte: quia earum quedam dum de virginitate sua glo-riam foris expetūt: in vasis suis oleū habere noluerunt. Prius querendū Lectio. xi. nobis est quid sit regnum celorum. aut cur decez virginibus comparetur: que etiam virgines prudentes ⁊ fatue dicantur. Lectio duodecima. Dum enim celorū regnū cōstat: quia reproborum null⁹ ingreditur: etiam fatuis virginibus cur simile esse phibetur? Sed sciendū est q̄ sepe in sacro eloquio regnum celorum presentis tēporis ecclesia dicit. Scd'm mattheū.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis parabolā hāc. Simile ē regnuz celoꝝ decē virginib⁹ q̄ accipiētes lāpades suas exierūt obuiā spōso ⁊ sponse. Quinq; aūt ex eis erāt fatue ⁊ q̄nq; prudētes. Sed q̄nq; fatue acceptis lāpadib⁹ non sūpserunt oleū secū. Prudētes vero accepunt oleū i vasis cuz lāpadib⁹. Morā aūt faciēte sponso dormitauerūt. oēs ⁊ dormierūt. Media autē nocte clamor factus ē: ecce spōsus venit exite obuiā ei. Tūc surrexerunt omnes virgi-

nes ille & ornauerūt lāpades suas. Fatue autē sapientib⁹ dixerunt: Date nobis d' oleo vestro quia lampades nostre extinguuntur: Respōderunt prudentes dicentes: Ne forte nō sufficiat nobis & vobis: ite potius ad vēdētes et emite vobis: Dum autē irent emere venit sponsus: Et que parate erāt intrauerūt cū eo ad nuptias & clausa ē ianua. Nouissime vero veniunt et relique virgines dicētes: Domine dn̄e aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis nescio vos. Uigilate itaq₃: quia nescitis diē neq₃ horā. Colla. vt. s. ad vs. In lb⁹ an̄a. Hec est virgo sapiens & vna de numero prudentium. Cap. vt. s. Ad vs. R. Adiuuabit eam deus vultu suo. V. De⁹ in medio eius non cōmouebitur. Deus vultu suo. V. Diffusa est gratia in labijs tuis. Ad bn̄s an̄. Simile est regnum celorū sagene misse in mare & ex omni genere pisciū congreganti: quā cū impleta esset educentes & secus litus sedentes elegerūt bonos in vasa sua: malos autem foras miserūt. Collec. vt supra. ad vs. Ad primam. an̄. Hec est virgo sapiens quam dominus vigilantem inuenit. Ad. iij. an̄. Inuenta bona margarita dedit omnia sua & comparauit eam. Cap. & Colla. vt. s. ad vs. V. Specie tua. Ad. vj. an̄. Media nocte clamor fact⁹ est ecce sponsus venit exite obuiam ei. Agnet]. Cecilie. Ad. vi. Cap.

Domine deus me⁹ exaltasti super terram habitationē meā & pro morte defluēti depcata sum. V. Adiuuabit eā de⁹. Colla earūdē.

Beate ill. martyris tue domine: precibus confidentes: quesumus clemētiā tuam: vt per ea que agimus: eterna remedia capiamus. Per. Agathe. Lucie Catherine ad. vj. aliud Capitulum.

Emulor enim vos dei emulatione: despondi enim vos vni viro virginē castā exibere christo. V. Adiuuabit eam. Collecta earūdē.

Da populo tuo quesumus domine spiritū veritatis & pacis: vt intercedente beata ill. & te tota mēte cognoscat: & que tibi sunt placita toto corde sectetur. Per. eiusdē. Ad. ix. an̄t. Tūc surrexerunt omnes virgines ille & or

quauerunt lampades suas. Agnetis. Cecilie. ad. ix. Capitulū.

In uocaui dominū patrē domini mei vt non derelinquat me in die tribulationis mee ꝛ in tempore superboꝝ sine adiutorio. ℣. Elegit eam dn̄s. Coll'a. earundē.

Pretende nobis domine misericordiam tuam ꝛ intercedente beata ill'. martyre tua que votis expetimus: cōuersatione tibi placita ꝯsequamur. Per. Agathe Lucie. Catherine. ad. ix.

Sapientia vincit Cap̄. maliciam: attingit ergo a fine vsqꝫ ad finem fortiter ꝛ disponit oīa suauiter. ℣. Elegit eā dn̄s. Coll'. earūdē

Presta quesumus omnipotens deus: vt ad te toto corde clamantes intercedente beata ill'. tue pietatis indulgentiam consequamur. Per. Ad vespas añа. O quam pulchra. Añ. Nigra sum Añа. Pulchra es ꝛ decora. Añа. Hec est que nesciuit. Capitulum vt supra, ad tertiam. ℟. Specie tua ꝛ pul. Hymnus. Jesu corona virginum. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. Ad magnificat añа. Quinqꝫ prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est. ecce sponsus venit exite obuiā Christo domino. Collecta que dicta est ad laudes hic dicatur. ¶ In dedicatione ecclesie ad vesperas añ. O q̄ꝫ metuendus est locus iste vere: non est hic aliud nisi domꝰ dei ꝛ porta celi. Añа. Tu domine vniuersorum qui nullam habes indigentiam voluisti templum tuum fieri in nobis conserua domum istā immaculatam in eternū. Añа. Super muros tuos hierusalem cōstitui custodes tota die ꝛ tota nocte non tacebunt laudare nomen dn̄i. Añа. Muro tuo inexpugnabili circuncinge nos dn̄e ꝛ armis tue potentie protege nos semper deus noster. Ad vesperas ꝛ in laudibꝰ et ad. iij. ꝛ ad vespas Capl'm.

Vidi ciuitatem sanctā hierusalē nouam descēdentem de celo a deo paratam tanquā sponsā ornatam viro suo. ℟. Terribilis est locus ℣. Cūqꝫ euigilasset. Hyꝰ. Christe cunctorum dominator ꝛc. ℣. Domus mea. ℟. Domus orationis vocabit. Ad magnificat añт. Pax eterna ab eter

no patre: huic domui pax perhen-nis: verbum patris sit pax huic do-mui pacē pius consolator huic pstet domui. Collecta.

D Eus q nobis p singu-los annos hui⁹ sancti tem-pli tui consecrationis repa-ras diem ⁊ sacris semp my-steris representas incolumes exaudi preces populi tui et presta: vt quisquis hoc tem-plum beneficia petiturus in-greditur: cuncta se impetras-se letetur: Per. Inuitatoriū. Exultemus domino regi sūmo Qui suum scificauit tabernaculum. ps. Uenite. In primo noct. aña. Tollite portas pricipes vestras ⁊ ele-uamini porte eternales. psalmus. Domini est terra. Añ. Introi-bo ad altare dei ad deum qui letifi-cat iuuentutem meā. ps. Judica me deus. Añ. Sanctificauit do-min⁹ tabernaculū suū. ps. Deus noster refug. Aña. Erit mihi dn̄s in deum ⁊ lapis iste vocabit do-mus dei. ps. Omnes gentes. Añ. Edificauit moyses altare domi no deo. psal. Magnus dn̄s. Añ. Non est hic aliud nisi domus dei ⁊ porta celi. psalmus. Te de cet. ℣. Fundata est dom⁹ domini. ℟. Sup verticē mōtiū. Sermo beati augustini epi. Lectio .j.

Q Uotienscūq3 fratres charissimi altaris vel tēpli festiuitatē colimus si fi-deliter ⁊ diligenter attēdim⁹ ⁊ sancte ac iuste viuim⁹: quic quid in templis manu factis agitur: totum in nobis spiri-tali edificatione cōpletur. ℟. Ornauerunt faciē tēpli coronis au-reis ⁊ dedicauerunt altare domino. Et facta est leticia magna in populo. ℣. In hymnis ⁊ cōfessionibus be-nedicebant dominum. Et. Lect. ij.

N On enim mentitus ē ille qui dixit: Templū enim dei sanctū est q° estis vos. Et iterū: Nescitis quia corpora vestra: tēplum ē spi ritus sancti. ℟. In hymnis ⁊ confessionibus benedicebant domi num: Qui magna fecit in israel ⁊ vi-ctoriam dedit illis dominus omni-potens. ℣. Ornauerunt faciem tē-pli coronis aureis ⁊ dedicauerunt al-tare domino. Qui. Lectio tertia.

Q Uibus meritis igit̄ ni si per gratiam dei me ruimus fieri templum dei: Quantū ergo possum⁹: cū ipsius adiutorio laboremus ne deus noster i templo suo. hoc est in nobis ipsis inueni-

at quod oculos sue maiesta-
tis offendat: sed habitacu-
lum cordis euacuetur vicijs
et virtutibus repleat: clauda
tur dyabolo et aperiat chri-
sto. ℞. Super muros tuos heru-
salem constitui custodes: Tota die
et nocte nō tacebunt laudare nomen
domini. ℣. Qui reminiscimini do
mini ne taceatis et ne detis silentium
ei. Tota die. Lectio quarta.

Ita fratres laboremus
vt nobis bonorū ope
rū clauibus regni ianuā ce-
lestis aperire possimus. ℞.
Terribilis est locus iste: non est hic
aliud nisi domus dei: et porta celi.
Uere et enim dominus est in loco isto
et ego nesciebam. ℣. Cumque eui-
gilasset iacob a sōno ait: vere et. In
secundo noctur. añ. Uidit Ja-
cob scalam. summitas eius celos tā
gebat et descendentes angelos et di-
xit. vere locus iste sanctus est. ps.
Quam dilecta. Añ. Erexit Ja
cob lapidem in titulum fundens ole
um desuper. ps. Fundamenta.
Añ. Templum dñi sanctū ē: dei cul
tura est. dei edificatio est. ps. Dñe
deus salutis. Añ. Qui habitat
in adiutorio altissimi in ꝓtectiōe dei
celi cōmorabitur. ps. Ipm. Añ.
Bñdicta gloria dñi de loco suo alla

psalmus. Cantate. j. Añ. Cū
euigilasset iacob a sōno ait: vere do
minus est in loco isto. ps. Domi
nus regnauit. j. ℣. Domum tu
am domine decet sanctitudo. ℞. In
longitudinem dierum. Lectio .v.

Sicut enim malis opibus
quasi quibusdam seris
et vectibus vite nobis ianua
claudit: ita absque dubio bo-
nis operibus aperitur. ℞. Ui-
di portam ciuitatis ad orientem po-
sitam et apostolorum nomina et agni
super eam scripta: Et super muros
eius angelorum custodiam. ℣. Ui
di sanctam ciuitatem hierusalem de
scendentem de celo ornatam tanquam
sponsam viro suo. Et super. Le. vj.

Et ideo fratres charis-
simi vnusquisque consi
deret cōsciētiam suam: et quan-
do se aliquo crimine vulne-
ratum esse cognouerit: prius
orationibus ieiunijs vel hele-
mosynis studeat mūdare cō
scientiam suam et sic euchari-
stiam presumat accipere. ℞.
Dum exiret iacob de terra sua vidit
gloriam dei et ait: quam terribilis est
locus iste: non est hic aliud nisi do-
mus dei et porta celi. ℣. Uere domi-
nus est in loco isto et ego nesciebam.
Quā terribilis. Lectio septima.

Si enim agnoscens reatum suum ipse se a diuino altari subduxerit: cito ad indulgentiam diuine misericordie perueniet: quia sicut qui se exaltat humiliabitur: ita econtrario qui se humiliat exaltabitur. ℟. Erit mihi dominus in deum et lapis iste quem erexi in titulum vocabitur domus dei et de vniuersis que dederis mihi: Decimas et hostias pacificas offeram tibi. ℣. Si dominus deus meus fuerit mecum in via ista per quam ego ambulo et custodierit me. Decimas et hostias. Lectio. viij.

Qui eni sicut dixi agnoscens reatum suum: ipse se humiliter ab altari ecclesie pro emendatione remouere voluerit: ab illo eterno et celesti conuiuio excommunicari penitus non timebit. ℟. Domus mea domus orationis vocabitur dicit dominus: In ea omnis qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur. ℣. Hec est domus domini firmiter edificata bene fundata est supra firmam petram. In ea. Ad cant. añ. Fundamenta templi huius sapientia sua fundauit deus in quo dominum celi collaudant angeli: si irruant venti et fluant flumina non possunt illud mouere vnquam: fundatum enim est supra firmam petram. Canticum. Letatus sum in his. Canticum. Nisi dominus edificauerit domum. Canticum Lauda hierusalem dominum. ℣. Beati qui habitant in domo tua domine ℟. In secula seculorum laudabunt te Secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis: Non est arbor bona que facit fructus malos neque arbor mala faciens fructum bonum. Et reliqua. Homelia lectionis eiusdem venerabilis Bede presbyteri. Lectio. ix.

Quia propitia diuinitate fratres charissimi solemnia dedicationis ecclesie celebramus: debemus congruere solemnitati quam colimus. ℟. Exaudisti domine orationem serui tui vt edificarem templum nomini tuo: Benedic et sanctifica domum istam in sempiternum deus israel. ℣. Domine qui custodis pactum et misericordiam seruis tuis qui ambulant coram te in toto corde suo. Benedic. Lectio decima

Sicut ornatis studiosius ecclesie parietibus

pluribus accensis luminaribus amplificato numero lectionum: addita sermonum melodia: letis noctem vigiliis ex more transegimus: ita etiam penetralia cordiuz nostrorum semper necessariis bonorum operum decoremus ornatibus. ℟. Domine si cõuersus fuerit populus tuus orauerit ad sanctuarium tuum: Tu exaudies in celo domine ꝛ libera eos de manibus inimicorum eorum. ℣. Si peccauerit in te populus tuus ꝛ conuersus egerit penitẽtiã veniensqꝫ orauerit i loco isto. Tu. L. xi.

SEmper in nobis flamma diuine pariter ꝛ fraterne charitatis augescat: semper in sanctuario pectoris nostri celestium memoria preceptorum ꝛ euangelice lectionis dulcedo sancta resonet. ℟. Audi domine hymnũ ꝛ orationẽ quã seruus tuus orat coram te hodie vt sint oculi tui aperti ꝛ aures tue intente Super domũ istã die ac nocte. ℣. Respice dñe de sanctuario tuo ꝛ de excelso celorum habitaculo. Sup. Lect. xii.

HJ sunt fructus bone arboris: hic boni thesaurus cordis. Hec fundamenta sapientis archithecti que nobis hodierna sancti euangelii lectio commẽdat. ℟. Beata vere mater ecclesia: quã ..t honor diuine dignationis illuminat quam victoriosorum gloriosus martyrũ sanguis exornat: Quã inuiolate confessionis candida induit virginitas. ℣. Floribus eius nec rose nec lilia desunt. Quam inuiolate.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit iesus discipulis suis: Non est arbor bona que facit fructus malos: nec arbor mala faciens fructuz bonũ. Unaqueqꝫ eniz arbor ex fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus: neqꝫ de rubo vindemiant vuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui ꝓfert bonuz. Et malus homo de malo thesauro ꝓfert malum. Ex abundãtia enim cordis os loquitur. Quid autẽ vocatis me domie domine ꝛ non facitis que dico? Omnis qui venit ad me ꝛ audit sermones meos ꝛ facit eos ostendam vobis cui similis sit. Similis est hoi edificanti domum qui fodit in altuz

⁊ posuit fundamenta supra petram. Inundatione autez facta illisum est flumē domini illi ⁊ non potuit eam mouere. Fundata enim erat supra petram. Collecta. Deꝰ qui nobis per singu. vt. s̄. In laudibus aña. Domum tuam domine decet sanctitudo in longitudinem dierum. Capitulum. Uidi ciuitatem. ℞. Hec est domus domini firmiter edificata. ℣. Bene fundata est supra firmam petram. Firmiter. ℣. Domus mea. ℞. Domus orationis vocabit. Ad benedictus añ. Mane surgens Jacob erigebat lapidem in titulum fundens oleum desuper votum vouit domino: vere locus iste sanctus est ⁊ ego nesciebam. Collecta. Deꝰ qui nobis per singulos nos. Ad primam añ. Domus mea domus orationis vocabit. Ad tertiam añ. Hec est domus domini firmiter edificata bene fundata super firmam petram. Capitulum. Uidi ciuitatem. ℣. Fundata est domus domini. ℞. Super verticem montium. Coll'a. Deus q̄ nobis p̄ singulos. Ad vj. añ. Lapides preciosi oēs muri tui ⁊ turres hierusalem gemmis edificabuntur. Capitulum.

Audiui vocez magnaz d̄ throno dicētē: ecce tabernaculū dei cū hominibꝰ ⁊ habitabit cum illis: ⁊ ipsi populus eius erūt: ⁊ ip̄e deꝰ cū eis erit eoꝝ deus. ℣. Domum tuaz domine decet. Coll'a.

Quesumꝰ omnipotēs deus: vt huic loco nomini tuo dicato: cunctis petētibus aures tue pietatis accommodes. Per. Ad nonaz añ. Bene fundata est domus domini super firmam petram. Capl'm.

Ustulit me angelus in montē magnū ⁊ altuz ⁊ ostēdit mihi ciuitatem sanctam hierusalem descendentem de celo habentem claritatem dei. ℣. Beati qui habitāt in domo tua domine. Collecta.

Deus qui d̄ viuis ⁊ electis lapidibus eternū maiestati tue condis habitaculuz: auxiliare populo tuo supplicanti: vt quod ecclesia tua corporalibꝰ proficit spaciȳs: spiritualibus amplificetur augmentis. Per. Ad vespas añ. Uidit iacob. Añ. Erexit iacob. Añ. Templum. Añ. Cum euigilasset. Capitulum. Uidi ciuitatem. ℞. Domum tuam domine.

decet sanctitudo. ℟. In lõgitudine dierum. De. Hymnus. Christe cunctorum. ℣. Dom⁹ mea. Ad magnificat añа. zachee festinãs descẽde q: hodie in domo tua opor tet me manere: at ille festinans descẽdit ꝛ suscepit illum gaudens in domum suam: hodie huic domui salus a deo facta est allã. Collã. Deus qui. vt supra.

Finis cõmunis.

Exorcismus salis.

EXorcizo te crea
tura salis per de
um ✠ viuū:per
deū ✠ verū:per
deū ✠ sanctū:p
deū qui te per heliseū pphe-
tā in aquam mitti iussit:vt sa
naret sterilitas aque:vt effi-
ciaris sal exorcizatū in salu-
tē credētiū:vt sis oībus te su
mentibus sanitas aīe ꝛ cor-
poris: ꝛ effugiat atq; disce-
dat ab eo loco quo aspsus
fueris oīs fantasia ꝛ neqtia:
vel versutia dyabolice frau-
dis:oīsq; spūs imūdus ad-
iuratus per eum qui ventu-
rus est iudicare viuos ꝛ mor
tuos ꝛ seculū p ignē. Amen.

Oremus. Benedictio salis.

IMmēsaz clemētiā tuā
oīps eterne deus humi
liter imploramus:vt hāc cre
aturam salis quam in vsum
generis humani tribuisti be-
ne ✠ dicere ꝛ sancti ✠ fica-
re digneris : vt sit oībus su-
mētibus salus mentis ꝛ cor
poris: ꝛ quicqd eo tactuz vel
respersum fuerit:careat oī im
mundicia oīq; impugnatiōe
spiritualis nequitie. Per dñz
nostrū iesuz christū filiū tuū.
Qui tecuz. Exorcism⁹ aque.

EXorcizo te creatura
aque in no ✠ mine dei
patris omnipotentis ꝛ in no
mi ✠ ne iesu christi filij eius
dñi nostri ꝛ in vir ✠ tute spi
ritus sancti:vt fias aqua ex-
orcizata ad effugandam om
nem potestatem inimici ꝛ ip-
sum inimicū eradicare ꝛ ex-
plātare cū angelis suis apo
staticis:per virtutem eiusdez
dñi nostri iesu xpi q̄ vētur⁹ ē.

Oremus. Benedictio aque.

DEus qui ad salutē hu
mani generis maxi-
ma queq; sacramēta in aqua
rū substātia cōdidisti:adesto
inuocatiōibus nostris ꝛ ele-
mento huic multimodis pu-
rificationibus pparato vir-
tutē tue bñ ✠ dictiōis infun
de:vt creatura mysterij tui ti
bi seruiens ad abijciēdos de-
mones morbosq; pellēdos
diuine gratie sumat effectuz:
vt quicquid in domibus vel
in locis fidelium hec vnda re
sperserit:careat immūdicia li
beret a noxa:non illic reside
at spūs pestilens : non aura
corrumpens : discedant oēs

insidie latētis inimici: ꝛ siqd
est q̄ aut incolumitati habi-
tātiū inuidet aut quieti: asp-
sione huius aque effugiat: vt
salubritas per inuocationē
tui nominis expetita: ab om
nibus sit impugnationibus
defensa. Per dominum. Hic
mittat sal in aqua dicaturq̃.

Commixtio salis ꝛ aq̄
pariter fiat in noie ✠ pa
tris ꝛ ✠ filij ꝛ spirit⁹ ✠ sci.
Amē. Dñs vobiscū. Oremus.

Deus inuicte virtutis au
ctor ꝛ īsupabilis im-
perij rex ac semp magnificus
triūphator: qui aduerse dña
tiōis vires reprimis: qui ini-
mici rugientis seuitiam supe
ras: qui hostiles neqtias po
tens expugnas: te domie tre
mentes ꝛ supplices depreca-
mur ac petimus: vt hāc crea
turam salis ꝛ aque dignāter
acci ✠ pias: benign⁹ illu ✠
stres: pietatis tue more san-
cti ✠ fices: vt vbicunq̃ fue-
rit aspersa per inuocationē
sancti tui nois ois infestatio
imūdi spūs abijciat: terror-
q̃ venenosi serpētis procul
pellat ꝛ p̄sentia sancti spūs
nobis misericordiā tuā po-
scētib⁹ vbiq̃ adesse dignetur
Per dñm. in vnitate eiusdē.
Añ. Asperges me dñe ysopo ꝛ mūda
bor: Lauabis me ꝛ sup niuē dealba
bor. ℣. Miserere mei de⁹ s̄z ma.
mi.t. Gloria patri Sicut erat. Laua
bis. Tpe resurrectiōis añ. Vi
di aquā egredientē de tēplo a latere
dextro all'a ꝛ oēs ad quos peruenit
aqua ista salui facti sunt Et dicēt all'a
all'a. ℣. Hec est dies quā fecit dñs
Exul. ꝛ le. i ea. Glia pri. Sicut erat.
Et dicēt. Iste ℣. dicit in die re-
surrectiōis ꝛ i oct. Tpe resur
rectiōis ceteris dñicis dieb⁹
hic erit ℣. Cōfitemini dño qm̄
bon⁹ qm̄ i se. mi. eius. Tpe pēteco
stes. ℣. Emitte spūm tuū. ꝛ crea
buntur Et reno. fa. terre. Post asp-
sionē aq̄. Dñs vobiscū. Oremus.

Exaudi nos dñe sancte
pater omnipotēs eter
ne de⁹ ꝛ mittere dignare san-
ctū angelū tuum de celis qui
custodiat: foueat: protegat:
visitet ꝛ defendat omnes ha
bitantes in hoc habitaculo.
Per. Benedictio mense. Lec-
tor. Benedicite. Conuentus.
Oculi omniū in te sperāt dñe ꝛ tu
das escā illoꝛ in tpe oportuno: ape-
ris tu manū tuam ꝛ imples omne
animal benedictiōe Gloria. Sicut

erat Kyriel. Xpel. Kyriel. Paf nr.
Hebdomodarius. Et ne nos
Orem⁹. Bñdic ✠ dñe dona
tua que de tua largitate su-
mus sumpturi. Per dñm ꝛc.
Amen. Dicat lector Dñe iube
bñdicere. Abbas Mēse cele-
stis pticipes faciat nos rex
etne glie Amen. Sed si sit ie
iuniū ad prādium dicat ℣.
Edēt pauperes ꝛ saturabūtur. Et lau
dabūt dñm qui requirunt eū: viuent
corda eoꝝ in sclꝫ scli. Cetera sicut
supra ordinatū est. Si vo nō
sit ieiuniū ℣. iste dicat ad ce-
nā: ꝛ bñdictio sup lectorē ab
abbate dicat. Ad cenam ppe
tuam pducat nos rex eterne
glorie. Ad collationem dica
tur Benedicite. Largitor om-
niū bonorū bñdicat potum
seruoꝝ suoꝝ. Post prādiuꝫ
abbas dicat. Tu autem. Le
ctor. Dñe miserere nostri. Cātor
Confiteant tibi dñe oia opera tua.
Cōuentus. Et sancti tui bñdicāt
tibi. Glia. Sicut. Heb dari⁹ Agi
mus tibi gratias ops deus
pro vniuersis beneficijs tu-
is. Qui vi. ꝛ re. per omnia se
se. se. Amē. Cātor miserē mei
deus ꝛc. Gloria. Sicut erat.
Kyriel. Xpe. Kyriel. Pater noster.
Heb darius. Et ne nos. ℣. Di
spersit dedit paupib⁹. Justicia eius
manet in sclꝫ se. ℣. Benedicā dñꝫ
oi tpe: Semp laus eius in ore meo.
℣. In dño laudabit aia mea: Au-
diāt māsueti ꝛ letent. ℣. Magni
ficate dñꝫ mecū: Et exaltem⁹ nomē
eius i idipsuꝫ. ℣. Sit nomen dñi
bñdictū: Ex hoc nūc ꝛ vsqꝫ in sclm.
Retribuere dignare dñe oi-
bus nobis bona faciētibus
ppter nomē tuū vitā eternā.
℣. Bñdicam⁹ dño. Cātor. De
pfūdis. Alternati totū pagat.
Regem. Kyriel. Xpel. Kyriel. Pa
ter nr. Et ne nos. A porta iferi. Dñs
vobiscū. Colla. Fideliū. Per
xpm. Si fuerit tēpus ieiunij.
Cātor Memoriā fecit mirabiliū
suoruꝫ misericors ꝛ miserator dñs.
Cōuētus. Escā dedit timentib⁹ se.
Si nō fuerit tēpus ieiunij di-
cat ad cenā Benedictus de-
us in donis suis ꝛ sanctus in
oibus opibus suis. Qui vi.
ꝛ re. Per heb dariuꝫ ad prā
dium ꝛ ad cenam. Ostende.
vt. s. Ad collationem dicant.
Retribuere ꝛc. quilibet per
seipsum summissa voce: Et p
cōuētū quādo nō dicit Mi-
serere: dicatur Laudate dñm
omnes gē. Benedictio stole.

Domine scẽ pater ops eterne de⁹ qui ꝑ vnicũ filiũ tuũ dñm nostrũ iesuz xp̄m stolã imortalitatis quã ꝑthoparẽtis culpa ꝑdideramus reddere dignat⁹ es: hãc stolã materialez sacerdotali ministerio dedicatã per vtutẽ sancti spũs tui bñ ✠ dicere ⁊ cõsecrare digneris: vt q̄cũqꝫ cuz ea sacris altaribus mistraturi accesserint: ab omni vinculo suoꝝ peccatoꝝ absolui mereant: ⁊ in resurrectiõe iustoꝝ ⁊ imortalitatꝭ stola indui ⁊ ꝑfrui mereant. Per eũdem. In vnitate eius.

Bñdictio stole vel planete.

Deus inuicte vtutꝭ triũphator ⁊ oĩum reruz creator ac sctificator: itẽde ꝓpici⁹ p̄ces nostras: ⁊ has stolas vel planetas leuitice ac sacerdotalis glorie mistris tuis fruẽdas bñ ✠ dicere ⁊ sci ✠ ficare: consecrareqꝫ dignerꝭ: oẽsqꝫ eis vtẽtes tuis misteriis a nobis idignis cõsecrãdis aptos ⁊ in eis tibi deuote ⁊ laudabiliter s̄uiẽtes gratos efficẽ ꝯcedas: ⁊ nũc ⁊ semꝑ ꝑ ĩfinita scl'a scl'oꝝ. Bñdictio ad oĩa vestimẽta sacerdotalia seu secretoꝝ ordinũ.

Domie de⁹ noster ops rex ac magnific⁹ triũphator q̄ sanctos patres nostros: qui tibi in sacerdotali ordine placuerũt diuersi generis ornamẽta ⁊ vestimẽta sacerdotalia fieri ⁊ ornari tibi inseruiẽtes iussisti: exaudi orationem nostrã ⁊ hãc planetã seu poderẽ albã ac stolam cingulũ orariũqꝫ dextera tua scã bñdice ✠ re sãctifi ✠ care cõsecrareqꝫ ⁊ purificare digneris: quatin⁹ hec vestimẽta ministris ⁊ sacerdotibus ac leuitis tuis ad diuinũ cultũ ornandũ explendũqꝫ ꝑficiãt: sanctisqꝫ altaribus tuis mũdi ⁊ ornati his vestibus ministraturi irreꝑhensibiles in actu ⁊ victu interius exteriusqꝫ appareant: tibiqꝫ soli deo puro corde ⁊ mũdo corpore omnib⁹ diebus vite eorũ irreprehẽsibiliter sanctorũ patrum exempla sequẽtes seruire valeãt: hisqꝫ sacris mysteriis s̄z tuã voluntatem quãdo tibi placuerit expletis celestis regni gloriã cuz oib⁹ nobis sibiqꝫ cõmissis percipe mereantur.

Per. Bñdictio corporalis.

C Lemētissime dñe cui⁹ inenarrabilis virtus: cui⁹ mysteria archanis mirabilibus celebrant: tribue q̄s vt hoc linteamen tue ꝓpitiationis bñdictio ✠ ne scificet ad ꝯsecrādū sup illud corp⁹ dei ⁊ dñi nostri iesu xp̄i filij tui. Qui tecum. Bñdictio ad oia i vsu altaris vel basilice.

O Mnipotēs ⁊ misericors deus q̄ ab initio vtilia ⁊ necessaria hoib⁹ creasti: tēplaq; hoīuz manu facta nomini tuo dicari: tueq; habitatiōis loca vocari voluisti: q̄q; per famulū tuū moysen vestimēta pōtificalia ⁊ sacerdotalia seu leuitica ⁊ alia queq; diuersi generis ornamēta ad cultum ⁊ decorē tabernaculi ⁊ altaris tui fieri decreuisti: exaudi propitius preces nostras: ⁊ hec oia diuersoꝝ generū ⁊ specierū ornamēta in vsuz huius basilice vel altaris ad honorem ⁊ gloriā tuā p̄parata puri ✠ ficare ⁊ sci ✠ ficare cōsecrareq; per nostre humilitatis seruitutem digneris: vt ⁊ diuinis cultibus sacrisq; mysteriis apta existāt: hisq; cōfectioni corporis ⁊ sanguinis iesu xp̄i filij tui dñi nostri dignis pareat famulatibus. Qui tecum vi. Consecratio patene.

C Onse ✠ cramus ⁊ sācti ✠ ficamus hāc patenam ad cōsecranduz in ea corpus dñi nostri iesu christi patientis crucem pro salute omnium nostrū. Qui cū deo patre ⁊ spiritu scō viuit ⁊ regnat. Hic mitat sacerdos pollicē in oleo cōsecrato ⁊ faciat crucē sup patenaz dicens.

C Onse ✠ crare ⁊ sci ✠ ficare digneris dñe deus oīp̄s patenā hāc ꝑ istā vnctionē ⁊ nostraz bñdictionē in xp̄o iesu dño nostro. Qui tecum. Benedictio calicis.

O Rem⁹ dilectissimi fratres vt deus noster calicē hūc in ministeriū ꝯsecrādū celestis gratie inspiratione sancti ✠ ficet: vt ad humanam benedictionem plenitudinē diuini fauoris accōmodet Per dñm nostruz iesum christū filiū suū. Qui cuz eo viuit ⁊ regnat. Alia oratio.

D Ignare dñe deus noster calicē istuz in vsuz

ministerij tui pia deuotione famulat⁹ formatū: ea san✠ctificatiōe pfūdere: qua mel chisedech famuli tui sacratū calicem perfudisti: ⁊ qd arte vel metallo effici nō pōt: altaribus tuis dignuʒ fiat tua benedictione preciosuʒ atqȝ sanctificatum. Per. Dum super calicem facit crucem de chrismate dicat orationem.

Omnipotēs sempiterne deus manibus nostris q̄s opē tue bn̄dictio✠nis īfunde: vt per nostrā benedictionē hoc vasculū sanctificet ⁊ corporis ⁊ sanguinis dn̄i nostri iesu christi nouum sepulchrū spiritus sancti gratia perficiatur. Per.

Benedictio fructuū nouoꝝ.

Domine scē pater oṗs eťne de⁹ q̄ celū ⁊ terrā mare ⁊ omnia creasti te supplices q̄s: vt hunc fructum nouū bn̄✠dicere ⁊ sci✠ficare digneris ⁊ multiplicare abūdāter offerētibus tibi vt repleas illoꝝ cellaria cū fortitudine frumēti ⁊ vini ⁊ olei vt letantes in eis referant tibi deo omnipotenti laudes ⁊ gratias. Per. Benedictio ad omnia que volueris.

Benedic dn̄e creaturā istā: vt sit remedium salutare generi humano ⁊ p̄sta p īuocationē nois tui. vt qcūqȝ ex ea sūpserint corporis sanitatē ⁊ anime tutelā percipiant. Per. Ad pueros confirmandos. Oratio

Omnipotēs sempiterne de⁹ q̄ regenerare dignatus es famulos tuos ex aqua ⁊ spiritu sancto: quiqȝ dedisti eis remissionē oīum peccatoꝝ mitte in eis septiformē spiritū sanctū tuū paraclitū de celis: spūm sapientie ⁊ itellect⁹: spūm ꝯsilij ⁊ fortitudinis: spūm sciētie ⁊ pietatis vt repleas eos spū timoris tui ⁊ confirma eos signo crucis. Per. Tūc faciat eṗs ī frōte pueri signū ✠ d chrismate Signo ⁊ cōfirmo te signo crucis vt habeas vitaʒ eternā. Amē. Et clerici dicāt. Ecce sic benedicetur homo. ℣. Bn̄dicat. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Sicut erat. Seqt bn̄dictio.

Deus qui apostolis tuis eorūqȝ successorib⁹ sanctū dedisti spūʒ: ꝯcede ꝓpitius: vt quoꝝ frōteʒ sacro

chrismate deliniuimus ⁊ si-
gnaculo xpi cõfirmauimus
idem spiritus sanctus adue-
niens templum glorie sue di
gnanter habitando perfici-
at. Per. Benedictio crucis.

BEne✠dic dñe hãc cru
cẽ p quã eripuisti mun
dũ a potestate demonũ ⁊ su-
perasti passiõe tua suggesto-
rem peccati: qui gaudebat in
preuaricatione primi homi-
nis: per vetitum lignũ sancti
fica istud signaculum passio
nis tue vt sit inimicis obsta-
culum: ⁊ credẽtibus in te per
petuũ pfice vexillũ. Qui vi-
uis ⁊ regnas. Itẽ alia orõ.

ROgamᵘˢ te dñe sancte
pater oĩps eterne deᵘˢ:
vt digneris bñ✠dicere hoc
lignũ crucis: vt sit remediũ
salutare generi humano: sit
soliditas fidei: pfectusqꝫ bo-
norum operũ: redẽptio ani-
marũ: ptectio ac tutela ↄtra
seua iacula inimicorũ. Per
dñm. Benedictio cereorum.
Dominus vobiscum. Oremus.

DEus inestimabilis po
tẽtie cuiᵘˢ vnigenitᵘˢ cũ
nostra hũanitate hodierna
die itẽplo est a matre virgine
pñtatᵘˢ: bñ✠dicere dignare
hos cereos in honore nõis
tui ↄsecratos: ⁊ ↄcede p inter-
cessionẽ btẽ semp vginis ma
rie: vt quicũqꝫ hec luminaria
pro honore filij tui dñi no-
stri manibus gestauerint tẽ-
porali potiantur sospitate:
atqꝫ vbicũqꝫ istorum flãma
fuerit accensa: immũdorũ re-
pellat spirituũ falsitatẽ: sicqꝫ
mereantur perfrui tẽporali
letitia: quatinus obuiã spon
so pgẽtes: lãpadarũ lumine
splẽdẽtes ad nuptias valeãt
intrare cũ spõso gaudentes.
Per eũ. Bñdictio cinerum.
Dominus vobiscum. Oremus.

DEus qui nõ mortẽ sed
penitẽtiam desideras
peccatorũ: fragilitatẽ nostrã
benignissime respice: ⁊ hos
cineres quos causa pferẽde
humilitatis atqꝫ pmerende
venie capitibus nostris ipo-
ni decernimus bñ✠dicere
pro tua pietate digneris: vt q̃
nos cinerẽ esse ⁊ ob prauita
tis nostre meritũ in puluerẽ
reuersuros cognoscimᵘˢ: pec-
catorũ omniũ veniam ⁊ pre
mia penitentibus repromis-
sa misericorditer ↄseq̃ merea

mur. Per. Benedictio oliuarũ. Dñs vobiscum. Oremus.

Omnipotẽs sẽpiterne redẽptor q̃ de celis ad terrã descẽdere et ad passionẽ voluntatis tue venire dignatus es: vt hũanũ genus tuo precioso sanguine liberares adesto pius ecclesie tue votis et supplicationibus nostris. Tu eim dñe mansuetus mãsueti aialis aselli terga isidens ad passiões redẽptionis nostre spontaneus aduenisti cũ tibi ramis arboreis occurrẽtibus discipulorũ turbis certatĩ sterneret via et triũphatricibus palmis cum voce laudis occurrerẽt plurime pplorũ caterue resultantes pariter et dicẽtes: osana filio dauid: benedictus qui venit in noie dñi. Tibi in mõte oliueti oliuarũ ramis via constrata est. Tu quondã noe in archa super vndas diluuij gubernasti et colũbe ministerio p oliue ramũ pacẽ terris redditã nunciari voluisti. Sed et iacob patriarcha in ministeriũ glorie tue erigens lapidẽ: ex huius arboris ramis oleũ benedictiõis in cacumẽ tituli ĩfudit. vnde vnxisti reges et pphetas tuos. Tu eim es xps dñs: tibi competit fructus vnctionis et pacis in cuius ineffabilẽ laudẽ psalmista cecinit dicẽs: vnxit te deus deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis. Quapropter supplices te dñe deprecamur vt bñ✠dicas hos ramos arborũ quos tui famuli i suis suscipiẽtes manibus i occursum tui pperare teq̃ benedicere et glorificare desiderant. Ecce hierusalem sedens super asinũ rex mansuetus aduenisti. Adueni ergo rogamus et nobis et in medium nostri cõsiste: vt te aduenire in nostris cordibus sentiamus: et qui nos reparasti per crucem: iterũ lapsos repara per eandẽ beatificã passionẽ. Oris nostri cõfessionem et ieiunij humiliationem libens suscipe et fructũ nos viriditatis habere concede: et quatinus tuis imbribus irrigati mereamur tibi suauiũ fructuum vbertate placere: et sicut illi tibi pcesserũt obuiã cum arboreis frõdibus egressi: ita nos te redeunte in secundo aduẽtu cum

palmis victorie leti merea-
mur occurrere saluatori mū-
di. Qui cū patre i vnitate spi
ritus sācti viuis ⁊ regnas de
us per oia secl'a scl'orꝫ. Amē.
Benedictio ignis in sabbato
sancto pasche ⁊ penthe. Domi
nus vobiscum. Oremꝰ.
Domine deus pater lu
men indeficiēs exaudi nos:
tu es sancte conditor omniū
luminū. Bene ✠ dic domie
hoc lumē qḋ a te sanctificatū
atqꝫ benedictum est: qui illu-
minasti omnem munduꝫ: vt
ab eo lumine accendamur ⁊
illumiemur igne claritat] tue.
Et sicut igne illumiasti moy-
sen: ita illuminare corda no
stra ⁊ sensus nostros digne-
ris: vt ad vitam eternā pue-
nire mēamur. Per. Quan-
do primuꝫ tondetur infans.
Omnipotēs sempitne
deus respice ꝓpicius
super hunc pueruꝫ famulum
tuum ill'. quē ad nouam ton-
dendi gratiaꝫ peruenire feci-
sti: tribue ei fidei perseueran-
tiam: vt ad fidelium tuoruꝫ
pertingere mereatur consor-
tium. Per dominū. Dum in-
fans clericus efficit oratio.

Domie saluator: inocē
tie amator humilitat]
assumptor: mā suetudinis ha
bitator: qui veniētibus infā-
tibus sancte manus tue be-
nedictionē imponēs talium
dixisti esse regnū celorū: be-
ne ✠ dic hūc famulū tuū ill'.
cui in tuo nomine initiū inci
dimꝰ capillorū. tu ei dn̄e cō-
ple etatē: ꝑfice itellectū: sapiē
tiāqꝫ largire: vt te itelligat: te
sapiat: tuorū sit preceptoruꝫ
susceptor atqꝫ impletor: vt i
eadē mandatorū tuorꝫ sem-
per ambulās via: tam ad se-
nileꝫ etatem ꝗ̄ ad vitā eternā
consequendā pueniat. Per.
An̄. Tu es dn̄e qui restitues here-
ditatē meā mihi. ℣s. Cōserua.
Dn̄s vobiscū. Oremꝰ. Oratio.
Presta q̄s omp̄s deus
huic famulo tuo ill'. cu
ius hodie capitis comā pro
diuino amore deponimꝰ: vt
in tua dilectione ꝑpetuo ma-
neat: ⁊ eū sine macula in sem
piterna scl'a custodias. Per.
Benedictio ad barbas iuue
nū. Dn̄s vobiscum Oremus.
Oratio.
Deus cuiꝰ spū
creatura ois incremē-
tis adulta cōgaudet: exaudi

preces nostras super hunc famulū tuū ill. iuuenilis etatis decore letantem et primis auspicijs ad tondenduz exaudi dn̄e: vt in oibus protectionis tue munitus auxilio: celestez bn̄dictionē accipiat et presentis vite subsidijs gaudeat et eterne. Per. i vnitate eiusdē

An̄. Sicut ros hermon qui descendit in mōtē syon: sic descendat super te dei benedictio. ps. Ecce q̄ bonū etc. Dn̄s vobiscum. Oremus

O Mnipotēs sempiterne de⁹ bn̄✠dic hunc famulū tuū q̄ tibi primitias sue offert iuuentutis: effunde domine benedictionē tuam: vt in caput barbā q̄z ei⁹ trāseat sicut in barbā aaron et in eadē benedictione in via mādatorum tuorum ambulet et cum eadē ad sūmā senectutē perueniat. Per do. Ad clericū faciendum ex seculari habitu receptum. Dn̄s vobiscum. Oratio.

O Rem⁹ dilectissimi dominū nostrū iesuz xp̄z pro hoc famulo suo ill. q̄ ad deponēdā comaz capitis sui pro ei⁹ amore festinat: vt donet ei spūm sanctū qui habitū religionis in eo perpetuo conseruet: et a mūdi impedimēto vel seculari desiderio cor eius defendat: vt sicut imutatur in vultu: ita man⁹ dextere eius ei virtutis tribuat incremētum et ab omni cecitate humana oculos ei⁹ aperiat: et lumē ei eterne vite pcedat. Qui cū deo patre et spu sctō viuit. Duz tōdis eum dices.

Tu es dn̄e q restitues hereditatem meā mihi. ℟. Dn̄s pars hereditatis mee et calicis mei. Et repetat. Tu es dn̄e: Glia patri. Et repetat. Tu es dn̄e. An̄. Hic accipiet bn̄dictionē a dn̄o et misericordiam a deo salutari suo q̄z hec est generatio querentiū dominuz. ps. Domini est terra. vsq̄z in finem. Oratio

O Mnipotēs sempiterne de⁹ ppitiare peccatis nostris: et ab oi s̄uitute secularis habit⁹ hūc famulū tuum ill. emūda: vt dū ignominiā secularis habit⁹ deponit tua semp i euū pfruat gratia et sicut similitudinem corone tue eū gestare facimus i capite: sic tua virtute hereditatem subsequi mereatur eternam. Postq̄ fuerit tōsorat⁹ dicat orationē. Presta q̄s oīps deus huic famulo tuo ill. vt. s.

¶ Incipit ordo ad recipiēdū nouitias ſ3 morē ordinis Ciſterciēſis. Primo virgo volens ingredi monaſteriū veniat ad eccleſiā cū veſtimētis nuptialib9 capillis ab humeris depēdētib9 ꝛ habeat i capite ſerta virētia ſine aliquo alio vano ornamēto: deinde cātet ſiue legat miſſa ꝛ communicet. Cōpleta aūt miſſa abbas bñdicat veſtes ꝛ velamina ſup ſcabellū altaris poſita cātando ſiue legendo

℣. Oſtēde nobis dñe miſericordiā tuā. ℟. Et ſalutare tuū da nobis.
℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu.

Oratio ad bñdicēdū veſtes.

DEus qui ſola tua ineffabili pietate qua nōmin9 ſuauiter ꝙ ſapiēter vniuerſa diſponis: lanā veſtiū ad vſum hoīum de velleribus ouiū ꝓduxiſti: vt trino bñficio ſimul ornarēt fouerent ꝛ ab itemperie aeris corpora tuerent: immēſe clemētie largitatē ſuppliciter exoramus vt hec indumēta que pñs famula tua pro forma habit9 ordinis Ciſterciēſis ad tibi i ipſo ordine laudabiliter ſeruiēdū itēdit aſſumere: ita be✠ne dicere ꝛ ſancti ✠ ficare digneris: ꝙ ſint ei ad operimētū peccatoꝝ ſuoꝝ fortiſq3 armatura ac tuta defenſio ꝯtra aereas poteſtates ꝛ ignea hoſtis nequiſſimi tela ꝛ adiutoriū triūphalis obtētum quib9 perſeuerādo vſq3 in finē tādem imarceſſibilis glorie brauiū dono tue gratie valeat adipiſci: necnō ad celeſte conuiuium ſuauiſſimi ſpōſi ſui filij tui dñi noſtri ieſu xpi ꝑhēniter regnatura cū nuptiali veſte delectabiliter introduci. Qui tecū vi. ꝛ re.

Orō ad bñdicēdū velamia.

DOmie ieſu xpe fili dei viui cuius apl's mulierem ſexū in ſignū ſubiectionis humilitatis ꝛ honeſtatis velamē ſup caput ſuum propter angelos dei habere ꝑcepit: cuiuſq3 oculos tempore acerbiſſime paſſiōis tue peccatores impij velauerūt: ꝙs ꝓpter gl'iam honorādi noīs tui tam copioſam bene✠dictiōis ſup his velaminib9 infunde virtutem: quod famula tua illa gerens tibi ſubie-

cta in oibus et cuicunqȝ tenet ex ordine quē assumit efficiatur: ne ꝓprias virtutes et bona cōcernēs in gloriā erecta depereat. sed in vera humilitate ei obūbrēt ac turpissime mortis tue dulcis sponsi sui memoriā semꝑ mētis eiꝰ oculis repn̄tēt: vt cum hac galea salutis tanq̄ socia passiōis tue cōsolationē tecū eternam et cū oi curia celesti semꝑ valeat experiri. Qui viuis etc.

Finita bn̄dictione aspgat aq̄ bn̄dicta ipsa velamina et vestes et icēsent: deinde abbas tribuat v̄gini ingredīēti monasteriū cereū accēsum dicendo. Hic imponitur nomen.

Accipe. N. soror charissima lumē corꝑale in signū lumis interioris ad repellēdas oēs tenebras ignorātie vel erroris: vt lumie diuine sapiētie illustrata cuȝ seruore sci spūs iesu xp̄i ecclesie spōsi eternū cōsortiū merearis. Qui viuit et regnat i vnitate eiusdē spūs sancti deus per omnia secula seculoruȝ. ℟. Amē. Hic nomē dicēdo.

Accipe. N. soror mea vexillū sancte crucis signaculū victorie tue: vt hoc singulare signū q̇d in exēplū primi illius sacratissimi vexilli p̄cioso filiȷ̄ dn̄i nostri iesu xp̄i sāguie triūphalis erectū est: sit tibi remediū singulare: soliditas fidei: ꝑfectus bonoꝝ operū: redēptio aīe: ꝑfectio ac tutela ꝯtra seua iacula inimicoꝝ et tutamē aīe tue. Qui cū patre et spiritu sācto viuit et regnatꝰ deꝰ ꝑ oia scl'a seculoꝝ. ℟. Amē. Dein de cātet abbas siue legat. ℣. Sit nomē dn̄i bn̄dictū. ℟. Ex hoc nūc et vsqȝ in seculū. ℣. Adiutoriū nostrū in noie dn̄i. ℟. Qui fecit celū et terrā. ℣. Cōgrega nos dn̄e de nationibus. ℟. Et cōfiteamur noi scō tuo et gl'iemur in laude tua. ℣. Dn̄s custodiat introitū tuū et exitum tuū. ℟. Ex hoc nūc et vsqȝ in seculū. ℣. Saluā fac ancillā tuā. ℟. Deus meus sperātē in te. ℣. Mitte ei dn̄e auxiliū de scō. ℟. Et de syon tuere eaȝ. ℣. Esto ei dn̄e turris fortitudīs. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil ꝓficiat inimicꝰ in ea. ℟. Et filiꝰ iniq̄tatis nō nocebit ei. ℣. Domine exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cū spū tuo.

Oratio dicēda super ingres-

surã monasterium. Oremus

Domine iesu xpe rex re
guz ⁊ dñs dñantiũ q̃
a patre egrediẽs ⁊ hunc mũ-
duz ingrediẽs carnẽ mundis
simaz de imaculata v̾gine su-
scepisti: vt nos liberes de ma
nib⁹ inimici: ⁊ ad padisi pa-
triã reuocares: respice super
hãc famulã tuã que mũdum
cũ põpis suis relinquere di-
sposuit: vt sacro monasterio
tibi dño deo suo vero sctãrũ
aiaꝝ sponso facias ppetuo
deſuire ac infunde cordi suo
benignissimã spũs sci gratiã
que eã illumiet ad te deũ cre-
atorẽ suũ cognoscẽdũ ac pfe
cte diligẽdũ: vt cũ dies finis-
qꝫ vite ei⁹ aduenerit: emenda
ta ab oib⁹ peccatis suis ad re-
gna valeat celestia puenire.
Qui viuis ⁊ regnas ⁊c. ℟.
Amẽ. Deinde aspgat eã igres-
surã abbas aq̃ bñdicta i mo
dũ crucis dicendo. Bñdicat te
dñs ex syõ ⁊ videas bona hierlm oi
b⁹ dieb⁹ vite tue. Deinde incẽset
eã dicẽdo. Dirigat dñe oro mea
Sicut icẽsuz in cospectu tuo. Po-
stea ducat ad itroitũ mona-
sterꝭ cãtãdo siue legẽdo Te
deũ laudam⁹. Et dũ vẽtũ fu

erit ad portã monasterꝭ tã-
diu ibi assistãt donec a matre
tõdat: ⁊ añ icisionẽ capilloꝝ
dicat abbas hãc orõnẽ. Orõ.

Orem⁹ dilectissimi frẽs
⁊ sorores dñz nostrũ
iesuz xpm p hac famula sua
que ad deponẽdã comã capi
tis sui pro ei⁹ amore festinat:
vt donet ei spũm sanctũ q̃ ha
bitũ religiõis i eã ppetuo ser
uet ⁊ a mundi ipedimẽtis ac
sclarib⁹ desiderꝭs cor ei⁹ de-
fendat: vt sicut in capite mu-
tat ⁊ vultu: ita man⁹ dextere
ei⁹ v̾tutis sibi tribuat icremẽ-
ta ⁊ ab oi cecitate spũali ocu
los ei⁹ apiat: sibiqꝫ eterne glo-
rie lumẽ infundat. Qui viuit
⁊ regnat cũ deo patre in vni-
tate spũs sancti de⁹ p oia se-
cula seculoꝝ. ℟. Amen. Hic
ammotis ornamẽtis capitis
tondat a matre dicendo hũc
℣. Hec accipiet bñdictionẽ a dño
⁊ misericordiam a deo salutari suo: qꝫ
hec ẽ gñatio q̃rẽtiũ dñm q̃rẽtiũ fa-
ciem dei iacob. Que statiz post
tonsurã capilloꝝ ingrediat
monasteriũ: ⁊ eũtes monia-
les bine cũ luminarib⁹ ad ec
clesiã intus ibidẽ mater eam
exuat vestimẽtis secularib⁹

dicēs: ℣. Exuat te dñs veterē ho
minē cū actib⁹ suis. ℟. Amē. Dein
de iponat sibi habitū religio
nis dicens. ℣. Induat te do-
minus nouum hominem qui secun
dum deū creatus est in iustitia ꝛ san
ctitate veritatis. ℟. Amen. Dein
de ps. Domine exaudi ora-
tionem meam auribus per-
cipe ꝛc. Kyriel. Xpel. Kyriel. Pa
ter nr. ℣. Et ne nos inducas i tēta
tiōez. ℟. Sz libera nos a malo. ℣.
Ostēde nob dñe mīiam tuā. ℟. Et
salutare tuū da nob. ℣. Esto ei dñe
turris fortitudis. ℟. A facie inimici.
℣. Nihil pficiat inimic⁹ i ea. ℟.
Et filius iniqtatis nō apponet nocere
ei. ℣. Mitte ei domine auxilium
de sancto. ℟. Et de syon tuere eā.
℣. Dñe exaudi orationē meā. ℟.
Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dñs
vobis. ℟. Et cū spū tuo. Orem⁹.

Adesto dñe supplica-
tiōib⁹ nostris ꝛ hāc fa-
mulā tuā. N. bene ✠ dicere
digneris: cui in tuo noīe ha-
bitū religiōis iponim⁹: vt te
largiēte ꝛ deuota in ecclesia
tua psistere ꝛ vitā pcipe me-
reatur eternā. Per dñm no-
strum ꝛc. Et tūc icipit abbas
Hy⁹. Ueni creator spūs ꝛc.
Ceteris fribus psequētibus

Et cū induta fuerit ꝛ velata
existente ea coram altari debz
a matre sibi i manib⁹ accēsus
cere⁹ quē gestauerat: ꝛ cōple
to hymno dicat abbas. ℣.
Emitte spūz tuū ꝛ creabūt. ℟. Et
renouabit faciem terre. ℣. Saluā fac
fuā ꝛ ācillā tuā. ℟. De⁹ me⁹ span
tē i te. ℣. Dñe exaudi orōnē meā.
℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣.
Dñs vobis. ℟. Et cū spū tuo. Orō

Deus cui oē cor pz ꝛ ois
voluntas loqt ꝛ quem
nullū latet secretū: purifica p
ifusionē sci spūs cogitatiōes
cordis nostri: vt te pfecte dili
gere ꝛ digne laudare merea
mur. Per dñm nostrum ꝛc.

Alia orō.

Deus miseri
cors de⁹ clemēs cui cū
cta bōa placēt sine q̄ nihil sā-
ctū ichoat nihil qz bonū pfi-
cit adsint nostris hūilib⁹ pcib⁹
tue pietatis aures: ꝛ hāc famu
lā tuā. N. cui i tuo scō noie sa
cre religionis habitū iposui-
mus: a mūdi ipedimēto vel
seclari desiderio defēde: ꝛ cō
cede ei vt i hoc scō pposito d
uota existat: ac remissiōe pec
catorum pcepta ad electorum
tuorum pueire valeat psortium.
Per dñm nostrum ꝛc. Alia orō

Quesumus omnipotens deus pater misericordiarum et deus totius consolationis qui per omnipotentiam sapientiam et clementiam tuam potes scis et vis homines saluare quem creasti: nec letaris in peccatorum perditione morientium: sed magis quod conuertantur et viuant: ob amorem merita et intercessionem gloriosissime matris tue intemerate virginis marie ac sanctorum patrum nostrorum benedicti et bernardi respice illo pietatis oculo quo beatum petrum in atrio pontificis aspexisti: presentem famulam tuam hodie penitus de mundi pompis te eligentem conuersam et in ordine cisterciensi perpetuo famulatu tibi deuotissime mancipatam: quo benignissimo respectu humilitas eam subijciat: penitentia reducat: iusticia conducat: obedientia deducat: perseuerantia perducat: deuotio introducat: puritas iungat et tibi charitas vniat: in quo simul omnia bona sine vllo malo possint quibus hec tua pia dignatione concesseris possidere. Per dominum nostrum etc. ℟. Amen. Et interim quod iste orationes predicte leguntur nouicia recipiat ad amplexus omnium monialium incipiendo ab abbatissa et sic successiue a ceteris: et deinde conducat nouicia ad patrem abbatem et flexis genibus ante eum: ac postea abbatissa cum omnibus sororibus petant benedictionem dicendo. ℣. Benedic nos pater. Et tunc pater eas benedicat dicendo. Virtus perseuerantie et pax dei patris omnipotentis eiusque filij domini nostri iesu christi et spiritus sancti descendat super vos et maneat semper. ℟. Amen.

¶ Incipit officium ordinis ad monachum benedicendum professum. Hic ordo extendit etiam ad moniales.

Ego frater ill. sacerdos vel diaconus vel subdiaconus vel acolitus vel clericus vel laicus promitto stabilitatem meam et conuersionem morum meorum et obedientiam secundum regulam sancti benedicti coram deo et omnibus sanctis eius: in hoc loco qui vocatur ill. constructo in honore sancte marie semper virginis necnon et beati ill. in presentia domini ill. abbatis. Lecta professione positaque super altare et signata reuersus ad gradum dicat hunc versum. Suscipe me domine. Flectens genua super articulis quotiens finierit psalmus. Postea prosternatur pedibus omnium fratrum et rediens ad gradum prosternat se in terram: post tri-

nā versus repetitionez dicat
Gloria patri. Kyriel. Pr nr. Ab-
oās dicat Et ne nos Postea
cātor īponat. ps. Misere. Glo
ria. Circa finem vo pī abbas
cū baculo ascēdēs gradū di
cat Saluū fac seruū tuū Mitte ei
dn̄e auxiliū de scō. Nihil pficiat ini
micus i eo. Esto ei dn̄e turris forti
tudinis. Dn̄e de⁹ virtutū conuer-
te nos. Dn̄s vobiscū. Oremus.
Deus indulgētie pater
qui seueritatem tue di
strictionis tēperans idulsisti
ne fili⁹ portet iniqtatē patris
et q̄ mira dispēsatiōe etiā ma
lis bn̄ vtens tue dignationis
gratiā p eos frequēter opa-
ris: q̄s clementiā tuā: vt huic
famulo tuo nō obsistat q̄ hi-
tū religiōis p nos tāta acta-
li re idignos accipit: sed mini
